


19. a 329

PILASCA U'VONTAK	
ORAN	X
SAIA	4
SAIA	5
SAIA	
SAIA	239



R. 3450

# WILLIELMI BV

dai Parisiensis, de Contemptu rerum fortuitarum Libri  
Tres: cum breui & erudita eorundem expositione.



Venduntur in officina Ascensiana.



Iodocus Badius Ascensius Iacobo Tusano & Ioanni Gyo Caslerano D. Gulielmi Budæi domesticis auditoribus, amicisq; primariis & græcæ & latinæ inter primos doctis. S.

Gulielmi Budæi Parisiensis de Contemptu rerum fortuitarum Libri Tres, ad Draconem Budæum Fratrem Prefectum Scriniis Regis sanctioribus. LIBER PRIMVS.



**O**fficiose & solerter fecistis viri optimi & de literis preclare meriti, qui flosculos quosdam elegantiarum sermonis latini in excultissimis D. Gulielmi Budæi de rerum fortuitarum contemptu libris qui earum refertissimi sunt, dum eos aut liberis prelegeret, aut amicis seiscitantibus (vt est humanus) exponeret: aut ipsi in eisdem hortos forte incidentes, sic colligendos curastis vt etiam liberis nostris vestræ eruditionis studiosis exscribendos concederetis. Quæ ratione nesciam, priuatim ne an publice plus vobis debeam: vtroq; enim modo debeo q̄ plurimum. Priuatim quidem, q̄ ista cruditione meos dignati estis liberos, qua nulla ad interiorum literarum traditionem efficacior: publice vero q̄ istoc compendio omnes facile intelligunt quata schematum appositissimorum & elegantiarum non vulgariū copia sit in ipsius Budæi nunq̄ satis nec admirati nec laudati viri compositione varia, vt e qua si verbum vllum dempseris, aut colorem lepidum, aut elegantiam non protritam sustuleris: vt facillimum cuiq; sit agnoscere stilo illius ac phrasi non dicendi lucem deesse, set in plerisq; lectoribus qui sermonis proprii virtutem ignorant, intelligendi desiderari radios, quippe qui noctuarum more, vel in meridie cæcutiant. Officiose igitur fecistis qui imbecillo multorum visui istas lucernas accendistis: quas ne contra præscriptū dominicum modio superimposito occulam: preli nostri adminiculo super candelabrum vt toti præluceant mundo, duximus ponendas. Ne tamen qui opus ipsum emerunt se iuste querantur hoc commento ad idem redimendum compelli: prius seorsum imprimendas, mox tamen vna cū ipso opere redimprimendas curabo. Valete viri humanissimi, & instituti nostri rationem qualēcūq; beneuoli probate, similemq; operam (si sacris istis studijs tantū temporis sublegere poteritis) reliquis Budæi operibus explicandis impendite. Ex typographia nostra ad decimum Calendas Maias. M.D. XXVI.



**O**gitanti mihi Draco frater quodnam industriæ meæ documentum nomini tuo dicarem (tibi enim debere me nonnihil ex ea ratione existimabam, quā maxime in ære meo & censu esse duco) cum in hoc ocio vel in iis feriis potius mihi magno pere cultis argumentum quærerem stili reconcinnandi, quem non neglectu literarum, sed studiorum intempestiuitate hebescere iādiu marcescereq; senseram, annis iam aliquot curriculo instituto exemptis: redditę tuæ literæ scribendī materiam non illę quidem vberem & copiosam mihi, sed vultū thema dederunt in fortunam declamādī, nec vt imaginem mihi litis fingerem ex rhetorum officinis deductā in iudicium hominū lectororum, sed solutā legibus artis, & propiorem simplicitati philosophicæ.

Annotata.

- a **¶** Ex ea ratione. Rationem significat & calendarium se conficere operę impense studio literarum: existimationisq; inde quæsitæ, ob scriptorum suorum editionem. Qua in re lucrum factum magis suum esse cæset q̄ patri monium a maioribus acceptum: quod in bonis externis adnumeratur, nō in bonis animi in quibus est literarū cognitio.
- b **¶** In ære meo. Cicero in. xv. epistol. Multi enim anni sunt, eum ille in ære meo est. Sensus est igitur: æquum esse censui aliquod opus meum dicere.
- c **¶** Annis iam aliquot. Significat id tempus, quod ei vacuum fuisse studio ob inualitudinē, ex epistolis eius intelligim⁹, & negocia oborta. Dies exemptiles contrarij sunt intercalarijs, Ciceroni in Verrē acti. tertia. & eximere diem, & eximere tempus, Gellio, Ciceroni, & Liuiō.

Ratio.

In ære.

Dies exemptiles & intercalares  
Eximere diē & tps.

Nā cū his in literis obiter fortunę meminisses: (vt assolet interdū cum vitę molestias queribunde cōmemoramus) id tute mihi fecisse de industria visus es, pro tuaq; in me benevolentia, nimirū vt in loco (quod aiunt) prurienti me scalperes, quē scilicet aliquando ex eorum esse numero anī maduertisses, quos Gręci appellant *μειψιμοιες*. Itaq; nec grauate nec cunctanter faciendum mihi esse duxi, vt quasi apud acta tibi testatum relinquerem/qui meus esset sensus de rebus fortuitis, Verebar enim ne tu aut sententiā aut opinionem esse crederes pertinacem, quod temere interdū me iactare memini de fortuna. Et nosti q̄ vberem materiā habeam inuehendī in illam stolidā & precipitem rerū humanarum arbitram: nec tecum (quē illa nūq̄ magnopere pepulit aut cōmouit) sed cum alio quopiam cui vehementius illa incommoauit, incumbendī in accusationem temeritatis eius, numenq; falso creditum detestandī. Necq; vero te præterit bona ex parte q̄ infestis illa me telis aduersorū casuū labefactare, q̄ acuto crebroq; mucrone iniquitatis sauciare institerit: q̄ diu de statu graduq; deicere constantiā atq; tranquillitatis, quoad postremo animo iam confirmatum, atq; intra philosophiæ præsidia vel tutum vel securum, velut in gratiam mecū reditura pellexit per speciem rerū nouarum, in locūq; protraxit iniquissimū, vnde ne intellecta qdē fraude tumultuosiq; eius insidiis absterritus in p̄sidiū redire meū potui / anteq̄ p̄enas pependi stationis derelictæ. Hosce vero tu ludos spectabas ex umbraculis vitę ciuilib & compositę, ita vt nihil oculos tuos falleret, aut certe tuas aureis. Quo tēpore tibi amicisq; meis ad res novas me sollicitantibus, ac velut ignauū maleq; de me liberisq; meis meritū increpātibus, illa oīa quæ speciē haud du-

bie luculētā præbebāt, fortunę ludificationes esse p̄dixi, eū exitū habituras quē vos postea vidistis. Siquidē certo quodā ac pertinaci augurio conatus illos meos sese. p̄ proferē teis spiritus retundēte idētidē veritus sum ipse, quasiq; cōmonefactus ab aliquo non maleuolēte numine, quo minus perlectātī fortunę crederē me, aureq; blādiētī vela statim panderē, simul ne vestris adhortātīū me & cōfirmātīū sp̄sionibus plus tribuerē q̄ meo iudicio, quod memetipsum sperare nō sinebat. Meministi qdē certe, cū tu iuratissimiq; amici mei grāde aliquid portēdi mihi haud vanis de causis conūceretis, me nūq̄ agnoscere fatidica vestra adhortamēta ad eam spem voluisse. Nec tamē ob id postulo vt tu meā vel cōstātīā vel rerū futurarū p̄sensionē protinus ob id probes: nisi, mihi, tibi, aliisq; cōstet iudiciū mei ratio in præteritū & in posterū, quātū qdē in me sitū erit, & in homine.

d ¶ Quoad postremo. Significat se, cū studio literarū acq̄sceret, nec crescere ambitu cōcupiuisset: cōstituisset etiā in ea sorte consensere, in qua ad vitā trāsigēdā nō mediocriter instructus erat: oblata occasione nō q̄sita se i aulā attractū, luculēta spe obiecta primore specie, sed ad extremū fallaci atq; aiani.

e ¶ Ne intellecta quidem. Hic vnica negatio vim obtinet duarum.

f ¶ In p̄sidiū redire. Trāslatio est ab ijs ducta, qui hostiū insidijs nec opinato dep̄hēsi, cū tumultu atq; trepidatione in castra aut p̄sidiā se recipiūt.

g ¶ Hosce vero tu ludos. Tu, inq̄t, frater cū ego sic periclitarer in reb⁹ nouis tētādīs, domi eras, vitā agēs certā & tranquillitate felicē: & ex literis meis nūc ijsq; intelligebas qua in difficultate versarer, & quasi ad solē æstuarē, in medioq; theatro ludibrio essem fortunę. ¶ Proferētis spirit⁹. Proferūt se spiritus, cū qs ab ambitu nō abhorrēs specimē sui facere cupit: & in mediū p̄dire, vt nomē suū illustret, aut cōditionē suā splēdidiorē industria sua faciat. Id qdē cū ipse facere amicos flagitatioē iurgijq; institisset, q̄ ei euentū respōsurū quasi sponcione i terposita affirmabāt, animi tñ auguriū dicit aduersum i semp fuisse. ¶ Iuratissimi amici: q̄ si fide & iureiurādo auctorati, ex Plinio.

h ¶ Nisi mihi. Efficia, inquit, cū deo beneuolēte, vt huius mei cōsilij ratio mihi cōstet & vobis: id est, ne olim sit mihi p̄nitēdū, q̄ hætenus & i posterū literarū cultū amplectēdū cēsui. Si enī hac ratione posteritati me cōmēda- uero: bene mecū actū esse dicetis, q̄ ambitioni aulicę salutē cito dixi.

Proferre se spirit⁹.

Iuratissimi amici. Ratio constat.

Et spero Prouidentiam quasiq; persentisco consiliū propo-  
 sitūq; meum approbaturam. Id quod porro ipse ex re ipsa  
 cognosces, si me expectatio mea, certaq; & meditata ratio  
 non fefellerit. Quā ita me subduxisse ad peragendū extre-  
 mū vitę actū cōfido, vt quod esse videbatur fortunę iniqui-  
 tatis, quę me semper irritū fecit conatuū meorū & incepto-  
 rum, id Prouidentię altum quoddā fuisse consiliū tute sis  
 existimaturus in posterū. Certe vt cūq; sit futurum ad extre-  
 mū, res hactenus (vt interpretor) haud mihi male vertit.  
 O crassam ignorantię meę nebulā in æstimandis rerum  
 euentis, & ego rerū expetendarū auersandarūq; male con-  
 sultus, querebar iniuriā fati, quasi scilicet cōsulta mea recte  
 atq; ordine constituta, abruptis atq; inexorabilibus decre-  
 tis fatorū discuterētur, cōniuerēq; adeo ipsam summā rerū  
 arbitram Prouidentia interim existimabā, sūmūssim etiā  
 interdū sic cū ea quasi expostulabam, ac si mihi ipsa in hoc  
 seculo nollet bene ac cōmode consultū, idq; tū maxime cū  
 ipsa de me cōmodissime (vt spero) atq; etiā indulgentissi-  
 me consuluerat. Equidem Draco etsi vereor ne prepropere  
 quidpiā pronūciasse videar de rebus futuris adhucq; an-  
 citibus, apud te tamē & fratrem & amicū summe mihi fami-  
 liarē nō verebor dicere quasiq; gloriari, tātū me Marliana  
 philosophatiuncula paucorū mensiū profecisse, quam tibi  
 predixerā, vt nūc primū videar mihi viuere: nō item ante,  
 quū tm̄ erā in vita, animāq; ducebā. Eat igitur iā fortuna:  
 & se suāq; illi mirificā venditet potentiā inter istos quibus  
 literarū ipsis ignaros esse cōtiguit, & expertes philosophię:  
 Ego ne vt rursus cū genio meo belligerare insistam, atq;  
 obluctari Minerę: vt officinā illā fortunę, illā constantię  
 labē aduendā mihi iam esse putē & consecrādā, illū iterū

scopulū tranquillitatis atq; innocentię periclitandū? Non  
 faciā, nisi si geniū p̄stitē mihi datū, auctore ac ducē eiusce  
 consilii habeā. Tametsi visendū id spectaculū esse nō negē:  
 v̄ iis etiā qui citra personā ac pretextā instituerūt curriculū  
 suę vitę, iis quoq; q̄ intra vmbracula scholę philosophicę,  
 Quo magis. s. discant ipsi internoscere vitā beatā a fortu-  
 nata: adulteratāq; felicitatē & imaginariā ab iusta, germa-  
 na, & syncera. Tātū abest ipse vt p̄nitendū esse ducā aut  
 pudendū, q̄ id mihi non semel inspicere conuenarū concia-  
 liabulū licuit, ocioseq; lustrare: Sed nullus locus æque lu-  
 bricus, cum alioqui nihil fere sit in vita tam stabile, in quo  
 humanū vestigium non fallatur & lapsetur, terra utiq; fal-  
 laci vsquequaq; & cœlo tm̄ certo.

**i** Et ego rerum expetendarum. Sese reprehendens est cum quadam ex-  
 clamatione: vt illud Virg. Et dubitamus adhuc virtutem extēdere factis.  
 vel illud = et quisq; Iunonis numen adoret.

**m** Expostulabam. Expostulare sum mussim, seruatorū est erga dominos: qui  
 aperte conqueri non audent propter reuerentiam. Expostu-  
 lare sū. &c.

**n** Consuluerat. Consulo de te & consulo in te significat idem quod sta-  
 tuo: quibus locutionibus vtuntur Cicero & Lilius. Cōsulo de  
 te & in te.

**o** Prepropere pronūciare, est sententiā ferre de re nō plane cognita & cōpta. Res ancipit.

**p** Res ancipites vocat, quas gręci *ἀνδραπολις* vocant: & quę contingē-  
 tes vocantur a recentioribus. & necessarijs opponuntur. *ἀνδραπολις*

**q** Videar mihi viuere. Viuere intelligit, vitę humanę muneribus plane  
 frui: quę potiora sunt in animo tranquillo, q̄ affectibus immodicis distra-  
 cto atq; interpellato. Esse autem in vita, est inter superbites adnumerari.  
 Viuere.  
 Esse in v̄  
 ta.

**r** Cum genio belligerare. Pugnāt cū genio suo, qui vim naturę atq; in-  
 genio afferunt, ab eo operas exigentes, quas magnopere grauatur, vt si ex  
 homine studiosissimo literarum aucum facere velis. Cū genio  
 pugnare.  
 P̄stitēs

**f** Officinam illam fortunę. Hęc dicta sunt de illecebris aulę. dij & genij

**t** Nisi si geniū p̄stitē. P̄stitēs dij q̄ sint, e Macrobio intelliges lib. j. Satur.  
 P̄stitēs Lares Ouidio in Fastis. P̄stitēs Genij Martiano, Hic p̄ angelo  
 priuo ponit ex sententiā theologorū. Gręcis *πρὸς ἄται* dicunt. vel *πρὸς ἄ-  
 ταύρες*. *πρὸς ἄται*

**v** Citra personā ac pretextā. Eos significat, qui nec honores nec  
 magistratus gerunt. Est enim pretexta magistratus insigne. Pretexta

Atqui ego me nō tā mea prudentia q̄ fortunę malignitate, hominūq; fortasse opera nō mei amātissimorū, ne aq̄tatis quidē (vt opinor) hoc affecutū puto, vt in loco discriminis pleno, quasiq; in cōuētū pestilēti fuerim, ita vt noxā nullā cōtagiū cōtraxerim, vt vastā erroris colluuiōnē ingressus, in luto nō hēserim, quo multi etiā acres mortales & prudentes hausti sunt. Vnde si mihi pnus liberq; vltro citro com meatus fuisset, fortunęq; aspiratio voto meo amicorūq; cōpetiisset, pedes ipse vtq; nūq; expediuissem. Tāetsi tu mihi in primis cōsciū es: (nullius alioqn cōsiliū merito nō particeps) q̄ certus semp huius ppositi fuerim, q̄ fixo consilio ac cōfirmato auspiciās, p̄grediēs, ac decedēs eo munere defunctus sim: qd̄ mihi hilari ferenaq; fronte munificētissimi Principis, letisq; & faustis multorū ominibus inuētū erat, nihil minus aut expectātū aut postulātū. Tū etiā aulę salutē vt dicerē primo quoq; tēpore fecisse cupidissime, amicis reclamātib⁹, q̄ vt fatis causarius missionē flagitare, vereri se dicebāt: si tñ missionē flagitare est vltro se & prima occasione sacramēto soluere. Quorū auctoritatū in ea re me non cessisse, p̄pinq̄orū nōnulli tecū mihi succēsuere: anteq̄ scilicet certiorib⁹ argumētis euetuq; cōsiliū illis meū tibiq; (vt opinor) approbauī. Necdū.n. cōmiserā vt illiberali auctoritatē imperiose illi curię aiorūq; auctoratrici obstringerē fidē Philologię meę: quā liberaliter semp habui, oīq; ne xu solutā vsquequaq;. Quare libertate adhibita & consultata vnā cū honestate, qd̄ obstat quo min⁹ exauctorare me ipu s ne potuerim & iculpate. Hoc certe nō ificiabere, te aliosq; lōge me fortasse prudentioreis, cōsilio meo itellecto, pedib⁹ statim iuisse in sentētiā meā. Cuius cōsulti decretiq; mei & facti deniq; adeo me nō p̄cēnitet (quod tñ ipsum tātū abest

vt frequēti senatu amicoꝝ factū sit: vt huius sentētię princeps Philologia illa mea fuerit: cuius p̄rogatiuā opinionē, eiusq; germanę Philosophię auctoritatem, voluntas & arbitriū sūmo studio secuta sūt.) Verū vt dicere cōperā adeo mihi factū id meū nō excusandū videt, aut silētio dissimulatioeq; p̄medū, vt nō mō rationē ei⁹ sperē mihi cōstaturā i posterū: sed etiā hui⁹ vt officii fructū quēdā mihi spōdeā & vberē & copiosū. ad quē p̄cipiendū Attico ip̄e vsur⁹ sū & Romano instrumēto: nā utroq; Marlianū hoc meū instruere iā cōepi. Nec vero me nunc vlla res magis cupi dū lucis facit, valetudinifq; paulo firmioris appetentē, q̄ ei⁹ t̄pis expectatio, cū mihi libero & feriato vt̄ frui liceat ingenū p̄uctus: qd̄ mihi mediocre sane ac tenui dote instructū quū natura dedisset: multos iā ānos sūmo labore oīq; animi cōtētione.

**a** ¶ Ne equitatis qd̄ &c. id est, qui nec mihi amici nec viri boni erāt, sed inuidi & iniqui. ¶ Quasiq; in cōuētū pestilēti. Cōuētū pestilēte vocat aulicum comitatū: in quo q̄ aliquādiu versant, ambitione afficiunt: quę aīos q̄libet cōpositos pturbat, & tādē cupiditate corrūpit, p̄ditaq; obliuione sui. Cuius morbi cōtagione intactū se rediisse ait. ¶ Erroris colluuiōnē. Colluuiō est fordiū cōfluxio lutulēta, e multis locis in vnum corruata. A qua est ducta metaphora. In aulā enim vndiq; cōueniūt hoies varijs errabundiq; affectibus exagitati, multipharięq; imposturę artifices. ¶ Eo munere defunctus sim. Rex vltro Budeū in aulā euocauerat, vt comes legatiōis esset in fines Arragonię destinatę, atq; ibi occusurę legationi Hispanię.

**e** ¶ Philologię meę. Philologia amor est honestarū disciplinarū & literarū humaniorū. Eā Budeus tanq̄ amicā suā sepe cōmemorat. Quā in cōtubernio semp habuisse liberaliter ait, ita vt nullius potestati eā mācipauerit: ne aulicis qd̄ imperijs obnoxia esse passus sit. ¶ Auctorare est aere dato obligare. Vñ auctorati milites dicebant, q̄ stipēdiū acceperāt. Exauctorare est tali obligatiōe absoluere. ¶ Oīq; nexu se. Nexu est gen⁹ obligatiōis sentētię. ¶ h̄ civilis qua corpus etiā vt pign⁹ afficit. ¶ Vt hui⁹ sentētię princeps &c. Princeps & auctor sentētię dicit, q̄ prim⁹ aliqd̄ in Senatu cēuit: in quā alij p̄tina opia dib⁹ eūt, vt olim: aut assensu, vt hodie. ¶ Cui⁹ p̄rogatiuā opinionē &c. Prærogatiua opinio dicit ei⁹, q̄ prim⁹ rogat⁹ est sentētiā: vt olim p̄rogatiua tri- b⁹ dicebat̄ i comitijs. Philologia igit̄ & Philosophia auctores Budeo fuerūt tñ Atticū huius cōsiliij capiēdi. ¶ Attico & Ro. instrumēto. Libros v̄ triusq; liguę dicit. & Ro.

colui ac subegi, multipliciterq; versavi. Quarū rerū fructu  
 senectutē iā appetētē fraudassem, liberorūq; meorū heredi-  
 tatē, illā quidē haud ita multū alioquin opimā: nisi hoies q  
 dā vel mei vel literarū parū amici mente male dissimulata  
 effecissent, vt respicerē ipse me, oculosq; curiosos aliorum  
 cōfestim detorquerē. Quorū vt ipsorū oculis morē gererē,  
 haud inuītus equidem feci, vt ex eorū statione facessens, in  
 mea mox statua redire pperarē interuallo haud ita lōgo,  
 a quibus me infenso iā numine Palladis emāitare senserā.  
 Ad ea autē mihi iustū esse postliminiū ideo confidebā, q  
 nulla vnq; illic hominū comitate, nulla p̄hensatione, nulla rerū  
 nouarū specie atq; festiuitate vsque adeo captus sum vt ea  
 deserere p̄sidiā meditarer, in quibus cōsenescere statuerā  
 animāq; pfundere. Nunc eo mihi primordia huius consiliū  
 p̄positiq; euaserūt: vt iis telis in fortunā vsurus sim, qbus  
 illa me sternere ac cōficere adorta est, eius etiā copias haud  
 ægre p̄culcaturus, quas bona pars hominū, aut certe pars  
 maxima cū stupore suspicit. Quorū enim telorū ictibus im-  
 prouisus percussus primū erā, & pene labefactatus: ea ipsa  
 tela simul atq; subsistere cœpi, & in pedes erigi ac confir-  
 mari, vitalibus haudquaquē hæsisse intellexi, aut alte descen-  
 disse, summa tñ innocue strinxisse p̄cordiorū sensu, tumul-  
 tuq; magis animū q̄ vulnere cōsauciāsse. Nec tñ illud non  
 meminī: ne gloriētur accinctus vt discinctus, quod sacer  
 auctor inquit. Quare vereor ne p̄posito meo nōdum plane  
 exorso, mihi ita gratulari videar, atq; si oēs meas rationes  
 detextas absolutasq; haberē: belliq; quod mihi fortuna in-  
 dixit iādiu & cōmisit, ob id securus esse, q̄ vno aut altero  
 rerū aduersarū cōflictu decretū iri sperē, vel q̄ egregiā quā  
 dā fortitudinē ad extremū in eo exhibiturum me cōfidam,

quod non tā humanæ virtutis, q̄ arrogantis est & Stoicæ  
 vanitatis. Tibi autē Frater quēadmodū negociū hoc succe-  
 dat aut procedat, nō satis ex literis tuis intellexi, quarū nō  
 hoc erat argumētū. Hoc scio, nisi ex æquanimitatis gradu  
 quē iādiu occupatū cōstater insedisti, leui molestia deiectus  
 es euētusq; incōmodo, nisi rationē istā lōgo vsu cōfirmatā,  
 nouus hic tibi casus excussit & abstulit, quod fieri vix po-  
 tuit, nō magnopere consolatione mea te aut cuiusq; egere.

- I Colui ac subegi. Cicero de Oratore. Subacto mihi ingenio opus est: vt a-  
 gro nō semel arato, sed nouato & iterato. Subactio autē, inquit ipse, est vsus,  
 lectio, auditio, literę. ¶ Hereditatē illā quidē &c. id est, si patrimonium tñ  
 meū assem hereditatis efficiat: & in ea nois cōmēdatio nō estimef & cōcietur.  
 n Mēte male dissimulata &c. Male mentē dissimulat ii qui similitudē & in-  
 uidiā suā prodūt aliquo actu. ¶ Oculosq; curiosos &c. Oculi curiosi sunt eo  
 rū qui studiosi sunt earū rerū spectandarū, quę ad rē nō pertinent. ¶ Ocu-  
 lis morē gererē &c. Morē gerere oculis inuidentiū, est ex eorū oculis facelle  
 re & abire. ¶ Emanitare senserā. Emanitare verbū est ab emansoribus mili-  
 r tibus didū: quorū crimen leuius est q̄ desertorū. ¶ Eius etiā copias. Co-  
 pię fortunę sunt honores & opes, sed allusit ad copias militares.  
 f Telorū ictibus &c. Vitalibus telū hærere dicit, cū in iis partibus defixum  
 est, in quibus sedes est vite. Per telū autē hic significat fortunę fallaciā, quę  
 spem conceptā augendarum facultatū, attollēdq; fastigiū, frustrata est: cū eo  
 etiā vt in discrimē venerit ipse, aut ignominie subeūde, aut dispēdii dāniq;  
 nō mediocris accipiēdi. Id quod aperte significare noluit, vt satis notū fra-  
 tri & ceteris occultandū. ¶ Accinctus est qui ad pugnam se comparat: & ad  
 huc incertus est euentus. Discinctus est qui a pugna iā redijt: & gloriari po-  
 test. Verba sunt. iij. Regum. xx. ¶ Detextas. i. p̄fectas. Virg. secunda ecloga.  
 v Quin tu aliquid saltē poti⁹ quorū indiget vsus. Viminib⁹ molliq; paras de-  
 texere iūco. i. multū texere, sin ire, p̄ficere. Nā de particula modo nō minuen-  
 tis est, sed augētis, vt Serui⁹ inquit. ¶ Cōmisit. Cōmissum bellum dicitur  
 iam coeptum, iritatis vtrinq; animis, aliqua clade illata.  
 y Stoicæ vanitatis. Stoici felicitatem hominis in sapiēte suo sitam esse af-  
 firmabant: nec a deo pendere.  
 3 Ex æquanimitatis gradu. De gradu deicere, & de statu deicere, verba cre-  
 bra apud Ciceronem: per metaphorā dicta sunt, pro eo quod est, de constan-  
 tia deducere & proposito, in quo pedem fixim⁹. Potest etiā esse ducta trās-  
 latio a gradibus theatri vel loci æditioris occupati. Dicitur etiā dimouere  
 re & deducere. Græcē ἀπό τῆς φρονήματος καὶ ἀλλοτῆ-  
 re.

Subigere  
ingeniū.Oculi cu-  
riosi.Emanita-  
re.

Telum.

Accinct⁹  
Discinct⁹.

Detexere.

De.  
Cōmissū  
bellum.De gradu  
deicere.Dimouere.  
Deducere.

Novi æquitatem istã animi, meminĩ te alias fortunę tra-  
 gulis aliis atq; aliis ictũ, nec tamen vnq̃ vel afflictum, vel  
 turbulenter cõcussum. Qzq; nũc apud me fortunę iniuriã  
 questus es, fecisti id tute nimirum æquanimitatẽ mihi ma-  
 gis labantem vt confirmares cõmunitate sortis, q̃ vt ægri-  
 tudinem animi tui leuares ac lenires cõmemoratione do-  
 loris. Sciebas me annos iam plus quatuordecim ita vale-  
 tudine conflictatum, vel conflictari potius, prope mēlibus  
 vt alternis animũ desponderim: aliquot etiam annis in diẽ  
 nocteq; vixerim, dolore noxaq; noctu grassante præcipue,  
 insomnisq; interdũ iugulũ appetẽte tumultuose, sepe adeo  
 vt postridie incolumẽ me mirarer, & nũc etiam mirer, nec  
 inter supstitites me magis & mortaleis q̃ inter manes mor-  
 tuosq; cēferem. Cuius inualetudinis tēpus etsi mihi multũ  
 hilaritatis e fronte, alacritatis ex animo, festiuitatis in oc-  
 cursu, vrbānitatis & comitatis in cõuictu exemit & deter-  
 sit, gliscētẽ etiã in dies literarũ amorẽ vitę alioqui abiectæ  
 retinaculũ, discendiq; cõtentionẽ retudit & infregit, tamẽ  
 non vsquequaq; iners mihi atq; calamitosum id fuit, neq;  
 omnes tot annorũ dies, ideo atris calculis numerandos cẽ-  
 fui, etiam si vix cētessimus quisq; mihi purus ab eo morbo  
 fuit, vt sepe testatus sum stupētibus medicis, quibus nunq̃  
 (vt opinor) fidem feci tantĩ malĩ, cuius exemplũ nõ memi-  
 nerũt. Nã præterq̃ q̃ scripta mea qualia sunt ea cũq; intra  
 id tēpus fere instituta, orsa, & edita sunt, etiam hãc vitam  
 tã obnoxiam pro nihilo ducendã esse didici, experimẽtoq;  
 cognoui, vt cuius dies & noctes earũq; momenta singula  
 ad functionẽ cedũt extremi tumultuosiq; fati, quod omnes  
 auersamur. Id quod etsi philosophia docet, quę mortis est  
 ipsa cõmētatio, euẽtaq; & exẽpla quotidiana oculis subii-

ciunt, multũ tamen altius, multũq; stabilius in animis hu-  
 manis persidunt documẽta monimẽtaq; / quę tã presentẽis  
 repenteisq; subinde cient tumultus. Sic autẽ sunt res hu-  
 manę, eaq; est vis & ratio casuũ & euentuũ: vt pro hominũ  
 opinione & ratiocinatione ad quos eę res ptinent, cõmode  
 vel incõmode cessisse videãtur. Vt em̃ rationẽ eius qđ acci-  
 derit inieris, ita id fere in vtrãq; partẽ valebit. Quo fit, vt si  
 quis dono quodã diuino, atq; etiã vberimẽ cuiusdam vir-  
 tutis largitione, hoc assecutus esset: vitę vt degendę ratio-  
 nẽ scite subducere, ac colligere posset exacte: in eũ vtiq; nul-  
 lũ fortuna ius haberet. Ita quã late patere videmus & i oĩa  
 pene, fortunę ditionem, qua sacra, qua prophana, non iure  
 ea nature, sed hominũ errore moribusq; constituta est.

a. ¶ Vel conflictari potius. Significat se non esse morbo leuatum.  
 b. ¶ In noctemq;, id est, vt in singulas noctes mortẽ expectarem. Alludit ad In diem  
 morẽ loquẽdi, cũ dicimus, in diẽ viuere hoies nequitia p̃ditos, & fruga- viuerẽ.  
 litatis expertes. ¶ Dolore grassante. i. seuiẽte. κατασκήνηστος τῷ δόλῳ.  
 c. ¶ Iugulum appetente &c. Desillationem nocturnam significat, fauces  
 noctu argentem cum summo vitę discrimine.  
 d. ¶ Vitę retinaculum. i. causam vnicanũ, propter quam viuere non nollem.  
 e. ¶ Cuius exemplum. Sic Iuuenalis. ii. nulla exempla beati Pauperis esse pu- Exẽplũ.  
 tant, id est nullum vnq; fuisse beatum, qui idem esset pauper.  
 ¶ Ut cuius dies &c. Cedere diẽ, verbũ est iuris: vt in titulo de verbõz signi- Cedere  
 ficatione in Pandectis. Sic Cicero de Senectute. Horę quidẽ cedũt & dies, & diem.  
 mēses, & anni. id est: Licet mors nõ venerit, tñ dies mortis cedit: etiam qua  
 cũq; hora & mēse homo mori potest: & tēpus fati semper procedit & instat.  
 Cedere em̃ diem significat incipe debẽri pecuniã, etiã si nõdũ peti possit.  
 s. ¶ Ut em̃ rationẽ inieris. i. prout bene aut male tecũ actũ esse censueris. Vt si Rationẽ  
 redundãtiũ copiarũ iacturã quasi in mari iactũ, leuamen esse molestiarum inire.  
 h. iudices, & æquo animo feras. ¶ Rationem scite subducere. i. discrimen re- Rationẽ  
 ctum facere rerum secũdarũ & aduersarum. Nam quæ incommoda vulgus subducere  
 existimat luculenta, is sepe commoda esse non mediocria censeret. Veritas »  
 em̃ in occulto plerũq; latet: & pro ea imago falsã veritatis nobis imponit. »  
 i. ¶ Qua sacra. Sic Cicero ad Atticũ. Populi sensus i spectaculis p̃spectus est: Qua sacra  
 nã gladiatoribz, qua dñs, qua aduocati, sibilis cõcissi, & alibi itidẽ. Plautus. & similia.  
 Mores autẽ rapere p̃perãt, qua sacru, qua publicũ. i. sacru iuxta atq; publicũ.



Cum vero huiuscemodi virtutis ac prudētiae rara iam sint exempla, & pene inusitata: secunda fors utiq; primae vicem obtinet, felicissimaeq; sortis esse cœpit ita ratiocinari, vt plurimos calculos aut notas plurimas numerosq; in dextra & candida parte abaci collocemus, si tamen rationem ob id subducimus vt ex ea summam fati tandem ipsi colligamus. Ad hoc cum recte atq; ordine facere philosophia doceat & profiteatur, nimirum eam nos colere omnifariam atq; obseruare debemus. Nam quod tutius tandem suffugium humanae infirmitati esse potest, q̄ si in id se contulerit praesidium, intra quod missilia fortunae non nisi casta decidunt & languida: Quod maius hominis altiusq; fastigium, q̄ sub illa cœli rapida vertigine constitutum, casibus tamen aut temerariis, aut ab ortu, occasu, situ, contuitu siderum manantibus, non ita esse obnoxium, quin sui semper iuris animus, sui sit arbitrii ac iudicii ad confingendam sibi conformandamq; fortunam: Age nunc contra: Ecquid humiliter, abiectius, submissius, ecquid deniq; indignius hominis sacramento: q̄ hominem obnoxius quidem incunabilis ortum, sed a deo statim natalibus restitutum initiatione lustrica, ius deinde a fortuna petere temeraria atq; impotenti arbitra, ordinis, discriminis, delectus hominum rerumq; nescia. tum poenam praemiumq; (quae duo sunt praecipua mundi administrandi instrumenta) non ex iuris praescripto, non de equi boniq; sententia sed sortis suffragio, sed temeritatis alea distribuente. Porro autem cum multa indigne moribus hominum errorq; publico recepta sint & confirmata: tum longe illud videtur indignissimum, q̄ Prouidentiae saepe attribuimus id quod temeritas casuum aleaq; ediderunt, cum interim diuersissima sint natura, prouidentia ac temeritas. Atq; earum

rerum caecas esse causas nunc dicitant fere Theologi, intra caliginem multam iudiciorum Dei conditas.

- k** ¶ **CV** plurimos calculos. Alludit ad calculos candidos & atrios, quibus felices dies infelicesq; significantur. ex Persio. Huc Macrine die numerameliore lapillo. ¶ **Altiusq; fastig.** Fastigium est dignitas & quasi maiestas, vel hominis vel honoris. Curtius in octauo. Per vos gloriamq; vestram oro, qua humanum fastigium exceditis. Cicero in Antoniana secunda, fastigium inter honores diuinos numerat. ¶ **Casibus tamē &c.** Casus temerari⁹ est qui graece αὐτόματον dicitur. Differt a Fortuna, vt docet Plutarchus libr. primo de placitis philosophorum. A Cicerone temeritas vocatur: vt in secundo de natura deorum. Nulla igitur in caelo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio inest. & secundo de diuinatione. Quid enim fors est: idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras: quibus in rebus temeritas & casus, non ratio nec consilium valet. ¶ **Homini sacramento.** Sacramentum hic ponitur pro sacra quadam dignatione sanctaeque natura, qua genus humanum praeter ceteris animalibus praeditum est. Lact. Quicumq; igitur sacramentum hominis meri, rationeq; naturae suae nititur obtinere: ipse se ab humo suscitet: & erecta mente, oculos in caelum tendat. Aliquando sacramentum est μυστήριον. vt idem. Ideoq; a veteribus institutum est, vt sacramento ignis & aquae nuptiarum foedera sanciant. Leo papa. Dominus noster instituit vt veritas quae antea legis & prophetarum praeconio continebatur, p apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret. Sed huius muneris sacramentum ad omnium apostolorum officium sic pertinere voluit, vt in Petro apostolorum summo collocaret. Idem fecit Laurētius Val. in Matth. xj. ¶ **Sed statim natalibus &c.** Natalibus restitui dicuntur liberti, quando a principe ius ingenuitatis impetrant. Et nobiles hodie a Principe natalibus restituuntur codicillis: quando negotiatione aut sordido quaestu inter plebeios censerī cœpti sunt, & iterum ad munia nobilitatis reuerti volunt. Hic per metaphoram de baptismo initiatis dicitur, qui puritati atq; innocentiae restituuntur: & ab obnoxia conditione Stygij genij eximuntur quasi seruitute natia atq; haereditaria.
- P** ¶ **Petere &c.** Ius petere ab aliquo iudice, est in eius esse iurisdictione.
- q** ¶ **De aequi boniq; sententia.** Sic dicitur, vt Cice. in Verrē dixit. Ea de pro-pinquorum sententia pecuniosa mulier, testamento fecit filiam haereditem. Idem. De consilij sententia ait se frumentum Mamertinis remittere. Aequum & bonum idem est quod aequitas: quae graece ἐπίσκεψα dicitur. Senius est igitur: fortunam bona sua largiri non secundum aequitatem, sed prout alea casusq; temerarius tulerit.
- r** ¶ **Id autem quod sequitur.** Atq; earum rerum caecas esse causas, &c. propter id quod saepe in huiusmodi rebus commemorandis dicitur, Iudicia dei esse abyssum.

Calculi.

Fastigium.

αὐτόματον

Temeritas.

Sacramentum.

Natalibus restitui.

Ius petere De.

ἐπίσκεψα

Quasi vero functiones Prouidentie circa ista terrena concretaq; consumantur magna ex parte: diuinumq; sit opus imsummis non dico permiscere (id enim non dubie Dei est prouidentie, quae hac ratione condidit id quod vniuersum dicitur, apteq; coagmentauit) sed ita confundere, vt sursum deorsum sit ordine reru inuerso, & prepostera digestionepartium: vt nec pes nec caput compareat suo loco, iusq; distributiuum prepostere sit constitutum. Ita ne vero vt etiam extorres sint Aristides, & esuriant? Socrates & Phociones suppliciis extinguantur capitalibus. Sylla omnium prope hominum saeuitia improbitateq; supergressus, cognometum Felicis non Dictator, non priuatus, non post mortem tetramittat: vt hodie tam sit quisq; fere copiosissimus atq; existimatissimus, qui est ab eruditione morumq; probitate alienissimus: vt ii fata mundi regant, summamq; rerum sepiissime moderetur, & p arbitratu suo versent, qui nec artes ciuiles nouerunt, nec hominum uirorumq; delectum: deniq; vt doctrinae elegantis & decorae professio, morum constitutio, reipublicae charitas, nullo loco sint, nullo numero, haecenus quidem certe vt ad gerendos honores commodaq; accipienda, profana, sacra, religiosa valeant? Postremo vt mundus qui graece nomen habet ab ornatu & ordine, & rerum distinctione, certis, ratis, concinnis ordinibus descripta, tanta iam indignitate, licentia, deformitate, indecora ordinum peruersione nomen illud suum decorum amiserit & augustum, nec iam mundus, sed orbis iners sit & incoditus: duntaxat quod ad centrum eius pertinet: Nam pro diuinum hominumq; fide: quid tam preposterum esse, tam cum prouidentia dissidere potest, quam quae decus vitae, ornamentum regnorum, columen rerum pub. scientia & facundia Herculeo sese nodo complexa.

moribus consentaneis condite & expolite, ingenia excellentia, numeris copuluribus exulta & locupletata nature & doctrine, pro cuiusq; seculi regionisq; captu, inter inertes, plebeios, in ordinemq; coactos fere iacent per conuentioniam publicam ac principum, & fortasse per factionem paucorum, ne in classibus quidem ultimis locum habent, nisi tot tantaq; uirtutis natureq; insignia turpiter, obnoxie, supparasitabunde fascibus submiserint improbe insolescentisq; potentiae?

- f ¶ Consumantur, id est impendantur.
- t ¶ Hac ratione. Hoc dictum est propter connexionem elementorum.
- v ¶ Ius distributiuum hic proprie accipitur pro eo quod Aristoteles διωμελεζον Ius distributiuum. uocat: cum iuris periti hodie distributiuam uultuam uocant eam que in comertibus & pactitijs hominum actionibus diiudicandis versatur, & delictorum animaduersionibus constituendis. Budaeus in annotationibus in Pandectas, satis hoc explicauit, de iuris diuisione loquens. ¶ Extorres sint Aristides Atheniensis fuit pbitate inelyta: & Phocion etiam Atheniensis summa uite integritate. Vtriusq; vitam Plutarchus scripsit, eosq; Catonibus comparat.
- y ¶ Post mortem tetram, id est Phthiriasim: hoc est, morbum pedicularem.
- z ¶ Nullo loco sint. i. nulla existimatione & honore.
- a ¶ Postremo ut mundus. Mundus graece κόσμος dicitur, id est ornatus, & rerum concinnie appositeq; constructarum decor.
- b ¶ Sed orbis iners. Inertem orbem sic dixit, ut Virg. in primo Georgicon, inertes glebas: & inertem mundum Lucanus in tertio Phasal.
- c ¶ Quod ad centrum &c. Centrum mundi est terra.
- d ¶ Dissidere potest. Cice. in Philip. Ex quo iudicare debetis me non cum hoie sole re, sed cum causa dissidere. Et in finibus. Anima se ipse dissidens secumq; discordans.
- e ¶ Scientia & facundia. Hoc dicit, quia scientia sine elegatia literarum, est infantia, ut Cice. inquit: & facundia sine rerum scientia, est uerborum funditatio.
- f ¶ In ordinem cogere, & in ordinem redigere, apud Liuium & Senecam & Plinium iuniorum, est, ut plebeium & uulgarem & truialem existimare. Hoc graece εγκύλιον dicitur, quod in ordinem redactum est: hoc est quod non est egregium & eximium. Meminit Priscianus de constructione.
- g ¶ Per conuentioniam. Conuentionia eorum, qui summam reip. praesunt, taxatur: id est eos ignauia, qui tanta indignitate in existimatione reip. admissam non animaduertunt: uel animaduersam negligunt, quasi non uideant. Conuentionia enim est patientiam accommodantium, ac uideri se dissimulantium.
- h ¶ Fascibus summittere &c. metaphorice dictum est, pro dignitate ingenij doctrinae & eleganti eruditione exculsi obnoxiam facere & subseruientem aulice potentiae.

In quibus omnibus id demum mea sententia opus est pro-  
 uidentie luculentum ac mirificum: quod in tanta, tam foeda,  
 tam turbulenta caligine errorum, tamen religio, pietas,  
 iustitia, aequitas, atque innocentia, permixtae & veluti obru-  
 te, suam dignitatem, suumque splendorem obtinent senten-  
 tia populari: tanto etiam illustriorem, quanto lumen inten-  
 sius fulget in tenebris quam densissimis. Quis est enim adeo  
 perditus, ita facinorosus, quem sanctitatis atque innocentiae  
 nomen, non aliqua veneratione ac religione ita obstringat: r  
 ut male mentis impetum inhibeat aut infringat? Quicquid  
 autem scelerum, flagitiorum, indignitatum, piaculorum k  
 quotidie existit noxa passim bacchante, quicquid anceps ac  
 contingens rerum exitus edit, quicquid naturarum coele-  
 stium sphaerarumque defluxus exprimit, quod necessitatis  
 instar habere dicitur ob vehementiam effectus, id ad  
 Prouidentiam referendum censeo, duntaxat ut conditricem,  
 omniumque rerum causam remotissimam & primariam.  
 Quippe quae creatis a se rebus suisque opificiis a principio  
 vires aeternas atque effectus quibusque suos & peculiare in-  
 didit, mirificos sane, sed haud scio an indeprehensos inge-  
 niis humanis. Quemadmodum (nisi fallor) Prouidentiae  
 diuinae opus esse perhibetur quicquid bene secus ve admit-  
 titur ab vnoquoque nostrum aut in se aut in alterum, quamquam aliae  
 sint causae complures intermediae & admotae, quibus in  
 ipsis liberum arbitrium vice sua fungitur, ad quarum effe-  
 ctiones Prouidentia plerumque patientiam miro quodam mo-  
 do atque indeprehenso accommodat atque conuenientiam, di- m  
 uinis utique modulis attemperatam, non item afflatum &  
 assensum. Tametsi in magnis rerum temporumque inclina- n  
 tionibus, in expiandis sceleribus publicis aliqua insigni o

clade, in priuatis etiam interdum piaculis conspicue vin-  
 dicandis, in tuendis denique aut tollendis vniuersitatibus  
 destinatae Dei prouidentiam rerumque propriam experi-  
 mur, tantumque non cernimus oculis ac sensu percipimus,  
 cum ita visum est & libitum Deo optimo maximo, a cuius  
 haud dubie iustitia & clementia tantarum rerum causae  
 quae caecis quibusdam ductibus & in alto Prouidentiae abditis  
 proficiuntur & manant.

i ¶ Religione obstringi, est quod vulgo dicunt, conscientia remorderi, & de-  
 terreri reuerentia diuina ab aliquo facinore. Verbum frequens apud Lium. obstringi.

k ¶ Existit: quasi ex inferis enascitur & emergit.

l ¶ Quicquid naturarum coelestium, i. quicquid coelum ex astrorum com-  
 positione & aspectu mutuo affectum, in natali hora cuiusque efficit, quod ideo  
 a graecis αποτέλεσμα dicitur. quo verbo inferius vtitur. His autem ver-  
 bis satis ipse declarat, quae sua sit sententia de Chaldaicis mathematicisque  
 praedictionibus. Apote-  
 leisma.  
 αποτέε-  
 λεσμα.

m ¶ Conuenientiam diuinis &c. id est: cuius modum & mensuram deus ipse  
 nouit solus: hoc est, quatenus libero hominum arbitrio inique & scelerate age-  
 tium, & quod diu, non oblitare sibi complacitum sit: Quod conuenire est diuinum.  
 Nec tamen ideo aspirat inceptis huiusmodi, quae deprauatis mentibus  
 suscipiuntur: sed omnis est culpa hominum. Conueni-  
 tia dei.

n ¶ Inclinationes rerum & temporum dicuntur, quando reip. constitutio  
 tenorem suum iam non seruat: sed ad mutationem spectare videtur. Cice. in  
 Philip. Minimis momentis P. C. maximae inclinationes temporum fiunt.  
 & in finibus. Hoc amplius Theophrastus, quae essent in repub. inclinatio-  
 nes rerum & momenta temporum: quibus esset moderandum. Inclina-  
 tiones tem-  
 porum.

o ¶ In expiandis sceleribus, i. luendis. ut apud Plin. in epistolis. Abortum  
 fecit neptis tua, dum quaedam custodienda praegnantibus omittit, & facit  
 omittenda Quem errorem magnis documentis expiauit, in summum peris-  
 culum adducta. Plin. auunculus lib. xxxiij. de lectis argenteis. Quae omnia  
 (inquit) expiauit bellum ciuile Syllanum. Idem. Haec sepe expiata magnis  
 euentibus. Expiare.]

p ¶ Tantum non, pro ferme, apud Lium, Plinium & Terentium: ex Graecorum  
 imitatione, qui ὅσον οὐπω dicunt & μόλις οὐ, id est solam non. Tantum non.

q ¶ Caecis quibusdam duct. Caeci ductus per metaphoram hic dicuntur, ab  
 aquae ductibus in terra conditis. Sic Cice. de Oratore. Ut res caecae & aspe-  
 ctus iudicio remotas, conformatio quaedam & imago ita notaret. ὅσον  
 οὐπω.  
 μόλις οὐ.

Hoc prisci animaduertetes viri ingeniosissimi, vere & germane illi quidem pietatis imprudetes, sed tamen nume illud vnu summumque olfactantes, Deam quandam nomine Adrastiam diuinitate religioneque donarunt. Quo figmento intelligi voluerunt animaduersione diuinam, in eos vindicantem qui superbe, arroganter, insolenter, tyrannice, scelerate, perfide aut proterue in vita versabantur: nomen ex eo sortitamque nullus animaduersione eius vitare effugereque possit. Eadem etiam Nemesim cognomemto vocarunt, eo nomine diuinam iram significantes, tanquam inuidia instinctam ac percitam in eorum euersionem qui rerum successu insolescentes, & fortunę indulgentia corrupti, impotenter efferuntur, eo usque fastu atque insolentia erumpente, ut humane ipsi conditionis non meminerint tot casibus obnoxie. Mihi vero videtur Prouidentia functione quadam vberiore veluti cura precipua animis humanis incubere, in iisque immorari ut simplicibus substantiis suapteque natura abstractis, & ad similitudinem Dei conditis ad intelligentiam, licet consociati sint corpori & illigati. Quod si porro conditionem hominis spectemus ex quo natura nostra cum diuina consociari cepit, cum scilicet caligine ignorantie discussa veritas ipsa sese protulit: vique nobis sapientie tradidit & praeiuit: inueniemus (ut opinor) hominem mortalem eundem & immortalem natum, ita in mundo statutum esse a Deo & editum, quasi athletam in arena, ea lege & conditione nascendi in medium prodeuntem, ut prout fors exierit, aut occasio tulerit, aut temporis, ordinis, aliaue quaeuis ratio qualitasque postularit, itemque ut aequitas agonothetarum iudicumque, aut rursus iniquitas imprudentiaue fuerit, in hoc aut illud ipse certamen aut plura, in durum aut facilem obluclatorem incursum sit: & facile aut aegre labore perfuncturus: non eodem ille quidem exitu, nec pari

honore ignominiaue, praemio suppliciove, sed pro modo exhausti certaminis exaclarique laboris, iis qui recte & gnauiter: aut detrectati & auersati, iis qui molliter & incoposite defuncti certamine fuerint. Huius porro certaminis & arene huiusmodi opifex est Prouidentia, architectique rationem obtinens, Agonothetis etiam ipsa summa, reique totius moderatrix. Hoc enim sibi theatrum instruxit Deus, in quo tanquam delectum copiarum suarum factitaret. Verum munus id Deus non tam suo ductu, quam auspiciis administrat ipse suis & imperio. Itaque legatos suos & praefectos primum habuit acres homines ex familia sua delectos, quosque firmu prolatos Prouidentie, quos huic muneri prouinciatim destinauerat, quibus etiam leges ponendas, constituendosque ritus atque tuendos mandauerat.

**r** **Nomen ex eo sortitam.** *ἄδραστος* graece dicitur, a quo fugae locus non est. *ἄσπαστος*. Vnde Adrastia Nemesi dea dicta. Quo verbo res varie significantur, sed Adrastia hic pro numine accipitur. Nemesi autem ab inuidia dicitur non improbata, ut docet Arist. secundo Ethicorum. vel a distributione bonorum malorumque, ut alij censuerunt.

**r** **Quod si porro: id est, si ulterius.**

**t** **Cum scilicet caligine &c.** Innuat tempus euangelij, & verbi hominis facti.

**v** **Ut prout fors exierit.** Hoc ductum est ex more Athletarum: qui in theatro bini mittebantur.

**x** **Agonothetae (inquit Eustathius) dicti sunt olim sacrorum agonum certaminumque praesides: qui athletic moderabantur.** Erant etiam iudices certaminum: quos Hellenodicas, vel ut alij Hellenodicas vocabant.

**y** **Obluclator hic accipitur pro incommodis & aduersis casibus.**

**z** **Agonothetis rectus est foemi. generis. quasi dicas, agonis arbitratrix.**

**a** **Delectum copiarum: id est, eorum quos electos sacra scriptura vocat, in ecclesia militantes.**

**b** **Ductu & auspiciis: verba sunt vsitata apud historicos in mentione imperatorum & ducum, qui auspiciorum ius habeant. Id ex Gellio intelligi facile potest, lib. xij.**

**c** **Constituendosque ritus.** Canonicas constitutiones significat, & ius pontificium.

Sūma autē administrandī huius muneris, fungēdiq; certā minis, cū in prēmiorū pœnarūq; distributionibus duobus quasi cardinibus regēde huius vniuersitatis vertatur, disci-  
plinā eā esse voluit summā & p̄cipuā de elogiis diuinis eo-  
rūq; traducibus descriptā & cōsecratā, quę Pontificia iura  
vno noīe vocātur, iuris ciuīlis ac p̄isci quoad eius fieri po-  
test, æmula. Ab his fontibus æquitas distributiua auctori-  
tatē suā maiestātēq; & adepta est olim, & diu conseruauit:  
Sed vt sunt res humanę natura comparatę, & in deterius  
procliue, potissimā huius functionis partē fortuna vēdica-  
uit sibi & retinuit. principū hominū culpa: q̄ quod virtuti  
debeatur, muneris ipsi sui fecerūt & liberalitatis. Ex quo  
veluti fonte iniquitatis, tāta indecentię, dedecoris, fœdita-  
tis, indignitatēq; colluuiō orbē nostrū inundauit in sacris  
& prophanis: vt iam virtus nō plaudenda, nō palmaris in  
theatro, sed deiecta & exacta explosaq; esse videatur. Hęc  
culpa, hic error, hoc caput, quo ex capite malorum omnīū  
Ilias, errorūq; (vt ita dicā) Odyssea emanauere, incremē-  
tūq; sensim habuere, & progressum quē videmus. Indidēq;  
error ille ortus est, vt temeritas fortunę & propudium (vt  
plane loquar) administrationis summę rerū, auctoritatē  
sibi mutuet e cœlo quasi affinis Prouidētīę. Accedit huic  
culpę vel arrept potius veterator ille Stygius, errorū no-  
strorū architectus & adornator, rerū quilibet cōpositarū in-  
terurbator, quīs fixarū legū labefactor, qui q̄ ipse in or-  
dine cœlesti decoreq; acquiescere nequiret, e sublimi detur-  
batus est, in Tartarūq; deiectus. Hic fortunę olim diuini-  
tatē, nūc (quā demū potuit) auctoritatē ita afferere insti-  
tuit, vt fortunę largitiō Prouidētīę benignitas esse credat,  
& p̄ augusta illa venerādaq; Prouidētīa (si diuis placet)

**m** Pseudoproncēā laudem, auctorē eorū q̄ temere, perperā, &  
cōscelerate sūt. Iā vero, quū diuinis elogiis testatū habea-  
mus & persuasum, experiētia insup̄ cognitū & perspectū,  
vitam humanā partim pugilicā certaminis instar esse, par-  
tim iuste militię simīlē, eosq; longius a discrimine abesse,

**d** Cardinibus. Sicut ostium & fores & alię moles versatiles cardinibus re-  
guntur sic prēmii & animaduersionibus mundus inferior constituitur.  
Quare Democritus Beneficiū & Pœnam pro omni numine coluit, vt in-  
quit Plinius in secundo historię naturalis.

**e** Eorumq; traducibus. Traduces vtroq; genere dicuntur rami vnius ar-  
boris, in aliam per insitionem traducti. Hic autem traduces dicuntur libri  
Pontificum sanctorum: qui auctoritatem sibi mutuati sunt a libris vtri-  
usq; testamenti, quos canonicos vocamus. Sūt enī quasi propagines quā  
ab illis originarijs oraculis ductę: quibus instituta & cerimonię nostrę reli-  
gionis & verissime cōstāt. Iura vero hęc p̄tōficia plerūq; ciuili auctoritate  
rationēq; vtuntur in ijs constituēdis quę ad iurisdictionem pertinent.

**f** Non plaudenda, &c. id est, non plausum, non palmam mereri. Et perstat  
in translatione suscepta de theatro athletico: qua diuus Paulus vtitur pri-  
mā ad Corinth. nono capite.

**g** Malorum omnīū Ilias &c. Sicut apud Græcos prouerbiale est, ἰλιὰς καὶ  
κῶλυ. Ilias malorum, pro malis innumeris: Sic Budęus dixit Odysseam  
errorum, pro errorum cumulo: quia in Odyssea errores Vlyxis domū suā  
& patriam repetentis, a Poeta descripti sunt.

**h** Indidēq; pro Et inde.

**i** Et propudium. Propudium rem pudendam significat. Plautus. Vt pul-  
sat propudium. Et Plin. lib. xvij. Hoc cinere poto propudia virorum: eius-  
dem aspersu foeminarum libidines inhiberi. Propudium pro obscenitate  
posuit pudēda: vt Macrobius. Plautus ad scortum prostibulum. Quid ais  
propudium? Hic metaphorice temerarios casus fortunę, pudorem fugila-  
re significat administrationis summę rerum: id est, & pontificię & regię  
administrationis summam, ignominia notare & afficere.

**k** Hic fortunę. Fortis fortunę diem festum colebant, qui arte aliqua vi-  
uitabant: inquit Donatus in Phormionē Terentij. Meminit Lact. lib. iij.  
Hanc Budęus Pseudoproncēam. i. falsam & subdititiā prouidentiam vo-  
cat: ob id scilicet, q̄ quicquid homini acciderit aut commode aut secus, vul-  
go dicitur. deum ita constituisse.

**l** (Si diuis placet) Hoc verbū, si dijs placet, ap̄ Cicronē idignitatē denotat.

**m** Laudemus. Laudare antiquo verbo iuris citare significat, & nominatim  
prodere: vt Bud. in annotat. docuit.

Traduces

Ilias ma-  
lorum.  
Odyssea  
errorum.

Propudium

Fors for-  
tunęSi dijs  
placet.  
Laudare.

extremaq; & horrēda internicione, qui in castris labore ac calamitate cinctis æra merent in mœrore, ne ipsa quidem ante psoluenda, q̄ extrema peracta sint stypendia, militesq; CHRISTI sigillatim missionem obtinuerint, quam vix fas est ipsam flagitare: Quid est tandem quod queri iure possimus? An quia nos Prouidentia, tentoria aut stationem habere, opusq; ibi facere aut præstituit olim, aut finit nunc, vbi ægre & cum tumultu munera obeuntur? At id fit imperio & auspicio summi ducis & seruatoris, qui ex eo imperator est consalutatus, q̄ signum mœroris in locum illum editum arduumq; multo cum sudore pertulit, vnde Tesseram salutarem petimus venerabundi ab ærumna nomen habentem: Nempe in iis statuiis cum ipse non nescius esses/multa iam me estiuua hybernaq; egisse non fatis æquo placidoq; animo (identidem enim me quasi oneri ingemiscentem meministi ac vidisti) quo me nunc redigeres ad æquitatem animi, de industria fecisti, vt te mihi literis velut manipularum adiungeres, in contuberniumq; adoptares. Quæ tuæ literæ cum in negotio subacerbo animi quãdam suauitatem respiciant inter querelas a te retentam, mihi ipse non succensere non possum in hac cōscientia. O miserū, qui multis iam stypendiis id assequi nequeo, quod in rerum minus secundarum tyrociniō olim tu adeptus (vt meministi,) etiam nunc retines vt sentio. Nam cum natura inferiores animi vires mihi dederit, q̄ vt despiciere impetus aduersarum rerum queam, nec fortuna faceffere mihi negotia desinat, (tædia enim eius infesta pertuli prope iam ex quo certo meministi cum adolescētulus essem, crebra, varia, ornamentisq; meis incommoda,) in locum quendam sane editum ipse vt conscendam necesse est: quem in locum mi-

nus certos ictus ac libratos habeant eius pila, simul vnde mihi propior sit receptus ad præfidiū philosophiæ: In quo ego siquãdo castellum aut propugnaculum nactus fuero, Deo bene iuuante securitate iã succinctus, in numen istud tetrū fortunę probra ad satietatē ingerā. Sed redeūdū ad rē.

- n** ¶ Et horrenda internic. Internicio est perniciēs, nex & perditio. Cic. de natura deorum. Quinam internicioni Tantalidarum modus pareatur. Plin. in viij. de Basilisco: Internicio (inquit) generis humani. Hic vero pro supplicio aeterno ponitur. Internicio.
- o** ¶ A Era merent &c. A Era in mœrore merita, sunt præmia æterna, quæ deus emeritis militib⁹ persoluit, post excessum ex hac vita. Aera enim metaphoricè merere dicuntur milites stipendia facientes in castris Pœnitentiæ & ærumnosæ vitę, quam deus nobis præiuit. Deus autem stipendia prævitæ & calamitosæ, non annua aut mensura pendit: vt solent imperatores & duces suis militibus pensitare: sed demū iam emeritis, ac defunctis, & qui missionem obtinuerunt. Quam magnopere petere, instar est criminis militaris: id est, mortem exposcere, & labori cedere ante tempus.
- p** ¶ Opusq; tibi facere. Opus facere: verbum est castrense.
- q** ¶ Imperator est consalutatus. Imperatorē salutare & appellare moris erat Imperator post pugna aliquam egregie administratam & cum successu. Cic. in Philip. res appellat. vlt. de Panfa & Hircio loquēs. Sed hoc primum faciam, vt imperatores appellationem eos, quorum virtute & consilij felicitate, maximis periculis seruitutis & interitus liberati sumus. Etenim cui viginti his annis supplicatio decreta est, vt non Imperator appellaretur? Meminit huius honorificę appellationis Plutarchus in Pompeio.
- r** ¶ Vnde tesseram sal. &c. Tessera signum est militare. Virg. in. vij. æncid. Clafifica iamq; sonant, vt bello tessera signum. Sic apud historicos, dare tessera, & petere, & accipere, legimus: & apud Vegerium, tessera profectionis, & tessera vigiliarum. Nostri hodie verbum vigiliarum vocant. Hic vero per Tesseram salutarem significatur Crux & Crucifixus.
- s** ¶ In rerum minus secundarum tyrociniō: id est, cum res aduersas. primum, experiri tibi contigit.
- t** ¶ Nec fortuna faceffere &c. Faceffere negotium, est inferre molestiam & Faceffere anxietatem alicui, quod & pro calūmiolæ accusare ponitur. Cice. in Verrem negotiū. actio. v. Sese antea cum audissent ei negotium faceffitum, cunq; eum publice pro maximis eius meritis laudare cuperent, a Verre prohibitos esse. negotiū In Diuinat. periculum faceffe dixit. Dicitur & negotium exhibere, & periculum creare, in oratione pro Cluentio.
- v** ¶ Ex quo certo meministi. id est, ab eo tempore, cuius meminisse possum.

Age esto ut fortuna quietis meae studiosae semper interpelatrix, animū (ut opinor) exosa internis bonis & propriis longe plus tribuentem quam externis & fortunae, ita nunc mecum redeat in gratiam, ut quod hinc est intercapedinis ad fatum meū ultimum, liceat mihi curis, angoribus, aegrotationibus, atque egritudinibus vacuo quasi diem unū festum agere, vacationem tēdiorum mcerorumque praestātem, num debeam protinus hanc cōditionem arripere & amplecti, ut felicem me facturam haud dubie & beatam. Equidem non arbitror auctorem te mihi & suasorem futurum, ut qui probe noris indulgentem hominī fortunam atque obsecundantem, saepius maleficam fuisse damnosamque, quam aduersam & infestam. Neque nunc ista ad normam inspiratae philosophiae exigo oraculisque prodite: cuius tu in primis dogmata veneraris & amplectere. Loquor ipse ad captum cōmunis prudentiae, cuius expertes quoque homines literarum compotes sunt & capaces. Nam nostrorum philosophorum qui ex secta germanae sapientiae astruunt sua decreta, ut quisque maxima cum auctoritate summoque scholae patris assensu de iure diuino responsitauit, ita ominosum esse maxime fortunae fortunatorumque nomen censuit & infautum. Constatque inter auctores salutaris doctrinae consultissimos: tam diuersam esse appellationem istam a via mortalitatis protinus ad immortalitatem ferente, quam deliciae Sybariticae, vitaque numeris omnibus voluptatis hilaris atque festa, a vita remota est aeternum atque cruciabilis. At huius ipsius vitae insignia pro sacro amuleto ac gestamine alexicaco, optimus quisque hodie atque prudentissimus libens exosculatur, gestat & complectitur. Quem enim Regum, Principum, primorum, eorumque omnino in quorum atriis fortuna vim suam sane mi-

rificam venditat & ostentat: ac propemodum numen nomini suo asserit: non pigeat pudeatque sanctius quippiam magisque suauandum ducere quam CHRISTI Seruatoris gestamina, quibus os oculosque lustrare pii solent, exuuias scilicet ipsius sapientiae, cuius praecipis, interdicitis, consultis, exemplis, & institutis, reipublicae summa qua sacra, qua prophana, instituta est & confirmata.

- x **V**acationem tēdiorum &c. Vacatio verbum est castrense: & significat immunitatem. Lilius. Cōsules scribere exercitum iussi sunt sine vlla vacatione venia. Nunc exemptionem vulgo vocamus. Vacationes venditari solitas, testis est Tacitus lib. xvii. Hic alludit ad militiam Christianam: cuius supra meminit. Vacatio.
- y **O**bsecundare est non simpliciter obsequi: sed aspirare more venti secūdi. Cic. pro lege Manilia. Cuius semper voluntatibus non modo ciues assenserint, socij obtemperarint, hostes obedierint: sed etiam vēti obsecundarint. Est enim quod ἐπὶ πρὸς ἄλλους ἄλλοι dicunt, & ἐπὶ πρὸς ἑαυτοὺς. Obsecundare.
- z **I**nspiratae philosophiae. Inspirata scientia est rerum diuinarum notitia oraculis prodita: non ingenio humano excogitata & deprehensa. Inspirata scientia.
- a **A**d captum communis prud. Communis prudentia, est recta rerum animaduersio atque aestimatio: qualis esse solet in animis hominum natura recte constitutis. Sic enim dicitur communis prudentia, ut sensus cōmunis. Vtrūque satis explicuit ipse in annotat. in Pande. Cōis prudentia.
- b **R**esponsitauit. Responsitare verbū est ad iuris prudentes pertinēs & Antistites, cerimoniarumque conditores: & Romae olim ad pontifices. A graecis ἀποκρίσιος dicitur. Responsitare.
- c **A**rumnosa vita & cruciabilis, est illa quam Christus nobis praemōstrauit: cum tollere crucem quaeque suam nos iussit, & se sequi. Sic enim cruciabilis vita hic dicitur: ut Cic. lamentabilem vocem dixit in. i. Tusculanarum: & flebiles voces, hoc est, fletum praeseferentes.
- d **G**estamen alexicacū est crucis effigies: quae procul arcet prauum geniū.
- e **G**estamina: id est crucem, quam ad locum supplicij portare voluit: ut nobis exemplum relinqueret.
- f **C**ōsultis, exēplis, &c. Exēpla autē & cōsulta, sunt ea quae in euāgelicis scriptis consilij sunt & auctoritatis: non, ut praecedentia, necessitatis iniuncta. Exēpla & consulta.
- g **Q**ua sacra, qua profana, recti sunt singulares: ut apud Plautū. Mores rapere properant, qua sacra, qua publicum. Cic. ad Quintum fratrem. Topiarium laudauit: ita omnia cōuestiuit hēdera: qua basim villae, qua intercolumnia ambulationis. id est, tum hoc tum illud viquequaque: vel hoc eque atque illud: hoc est, basim iuxta atque intercolumnia.

Nec est vlla pars reip. vt oīa percēseas, in qua huius doctri-  
 ne nō acris sit memoria cōsignata & cōsecrata, etiāsi mo-  
 res rursus in licētiā vetustā reuoluti sunt, eorū vtiq; incu-  
 riā q̄ habenas rerū tenēt, noxa stygia excipiēte oīm in necē  
 nostrā occasionū aucupe solertissima. Prōh diuī immorta-  
 les: nōne hoc si foret in terris rideret Democritus? quē nos  
 exosculāda, augusta, sanctifica, hominūq; tādē beantia du-  
 cimur & fatemur: hęc ipsa velut auersanda, noxia, terraq; fu-  
 gimus & repudiamus. Verū illa errorū satrix noxa, exitia-  
 biliūq; rerū cōciliatrix, fortunē diuinitatē lege pōnitentię  
 mōerentis abrogatā, scitis cupiditatis ambitionisq; relatis  
 iterū eandē esse iussit. Itaq; furoris atq; amētīę instar est si  
 recte æstimetur: q̄ cū q̄sq; p̄ se ferat & dicitet se in verba  
 Seruatoris adactū: nemo etiā aque & ignis cōmunitate di-  
 gnū esse cēseat/ qui nō huic ipsi duci se auctoratū atq; in fi-  
 de esse eiūsdē profiteatur: vniuersiq; quotannis quū rarissi-  
 me, pleriq; sepius ad tētorū eius sacrosanctūq; augustale  
 cōueniāt, solēne sacramētū mystica dape ccelestiq; instau-  
 raturū: vix interim vnū & alterū inuenias, qui viā illā arduā  
 inire velit: sudātī demū & algētī vicissim permeabilē, quā  
 ipse nobis p̄mōstrator p̄iuit. Atq; iis q̄ in fidē fortunē se su-  
 asq; fortunas conferūt, nihil quicq; negociū esse potest cum  
 CHRISTO in hac viā, aut cōmerciū, vt ne affeclis qdē il-  
 lis IESV CHRISTI fuit olim cū fortuna, ne esse qdē ho-  
 die oīno qcq; debet nobis, si qd enim illorū nobis instituta  
 cordi sunt, eorūq; sanctitatē bona fide colimus. Etenim cū  
 IESVS ipse CHRISTVS paupertatē, inopiā, calamita-  
 tem, ærumnā, conflictationē, mōerorē, vitā lamētabilē, im-  
 mortalitatis viā ingrediētibus pro viatico statuerit, quarū  
 rerū auertendarū causa fortuna inuocatur: quid causæ est

h ¶ Vt omnia percenseas: id est, si oīa p̄cēseris. Cic. de Orat. Vt. n. queras oīa: Vt.  
 i quomodo Græci ineptū appellēt, nō reperies. id est quis. ¶ Noxa stygia exci-  
 piente &c. Excipere est subsequi & succedere. Liuius. Pacē Punicā bellū Mace- Excipere.  
 donicū excepit. Idē de Virginia loquēs. Cū Claudius circūstantibus matro-  
 nis iret ad virginē: lamentabiliq; eū mulierū cōploratio excepisset. Excipit  
 ergo demon incuriā & negligentīā principū sacrosanctorum: id est, statim  
 adest, & accipit occasionē quę datur, & rapit qd captabat. ¶ Qd sequitur de  
 h Democrito, per parodiam dictū est ex Horatio. Si foret in terris, rideret De-  
 mocritus. ¶ Pōnitentię mōerentis. Pōnitentiā mōerens, est ea animi affe-  
 ctio, quā deus nobis p̄cepit his verbis, Pōnitentiā agite. ¶ Qd autē dicit,  
 i Diuinitatē fortunę esse iussit: fortunę datiuus est. Est autē iubere verbū in- Iubere.  
 legibus ferendis vsitatū: qd sciscere & decernere significat. Liuius lib. j. Inde  
 Tullīū Hostiliū nepotē Hostiliū, regē populus iussit. Et libro. iij. Id modo  
 excepere, ne post, eosdem tribunus iuberent. i. crearent & decernerent. Est. n.  
 populi, qui loco regum erat, iubere.  
 m ¶ Scita cupiditatis sunt opinioniones hominū cupiditati seruientiū. Scitum  
 enim decretum significat. Liuius. Cæteraq; omnia sacra Pontificis scitis Scitum.  
 subicit. Cic. de legibus. Omnia existimare debemus iusta esse, quę scita sint  
 in populorū institutis aut legibus.  
 n ¶ Relatis. Referre est quasi renouare, vel ab integro ferre. Cice. pro Flacco. Referre.  
 Cum. L. Flaccus veterē Valerię gentis in liberāda patria laudem pro quin-  
 o gentesimo anno reip. retulisset. ¶ Sacrosanctūq; augustale. Augustale est ta- Augusta.  
 bernaculū ducis: vt docet Quintil. lib. viij. Hic p̄ loco ponitur, in quo epu-  
 lum sacrum celebratur in æde sacra: qui plerūq; obtendi solet: in quo dux  
 vniuersorum situs contubernio nos dignatur.  
 p ¶ Mystica dape. Dapes singulari numero ad sacrificiū p̄tinet: vt ex M. Cato-  
 ne liquet. Liuius lib. j. Ibi tū sacrū factū, adhibitis ad ministeriū dapēq; Po- Dapes.  
 q titijs ac Pinarijs. ¶ Instauraturi. Instaurare verbū hic pprie positū. Tacitus Instaur.  
 r de Vitellio. Letus vltro, & tā propinquę sortis ignarus, instaurabat sacrum  
 dijs loci. id est apparabat & instruebat. Sic enim interdū accipitur. Sic Pli-  
 nius lib. xxxj. In villa sua Academia noīe, Cicero monumētū sibi instaurā-  
 bat. Cic. ad Atticū. Cū p̄ populo fieret sacrificiū venisse eo muliebri indutū  
 vestitu virū: idq; sacrificiū cū virgines instaurassent: & quę sequuntur.  
 f ¶ Affeclis: id est discipulis.  
 t ¶ Quid causę est: id est: negare ne quisq; potest & recusare, vel causam aliquā Quid  
 rationemq; afferre. Sic Plautus in Pseudolo. Sed si id non faxis: num quid causę est?  
 causę est illico quin te in pistrinū dedam? Idem in Milite. Si te prehēdero  
 posthac: arcebo testibus. Mil. Causam haud dicā. i. nō recusabo: per me licet.  
 Cice. de legē Agræ ad populum. Num quid est causę Quirites, qui in illa cri-  
 minatione qua in me absentem vsus est: non solum meam, sed & vestram  
 diligentiam prudentiamq; despexerit: id est: hoc inficiari nequit. Sic alibi  
 sepe vsus est. Græci dicunt, πρὸς ὄντας



randē quin si fortunati esse velimus, cœlestiū numerū auge  
re nequeamus? Qua fronte igitur nitimur fidē nostrā Chri  
sto Seruatori nostro probare: si vota nostra ac desideria cū  
religione eius institutisq; discrepāt: si ea vitæ instituta seq̄  
mur ac psequimur equis (vt aiunt) velisq;, quæ e diametro  
opposita sūt eorū disciplinæ, quos vt diuos colimus ac suspi  
cimus? Hoc illud est profecto, illa quæ in fide posita sunt,  
eaq; p̄suasione quā Orthodoxā vocamus, remissius ac lēt⁹  
humanos sensus mouēt, q̄ ea quæ oculis atq; auribus aliisq;  
sensoriis partibus percipimus. ¶ Si rerū intelligibiliū spe  
ctra sensus nostros tam valide pellerent, q̄ rerum visu, gu  
stu, tactu, aliasq; perceptarū & cōprehensibiliū, ecquē esse  
putas iudiciū tā infelicis ac præposterī, quin vecordiam esse  
fateretur ac profiteretur bona hæc tēporaria, caduca, fluxa,  
& imaginaria, æternis, fixis, solidis, veris, & exemplaribus  
deniq; permutare: illorūq; curā antiquiorē ducere & habe  
re, sola repræsentatiōe adductos? Nisi vero perinde interest  
existimationis humanæ, vtrū aliquid in præsentī fruitione  
positum sit, an in spe potiūdi & longa expectatione. Nōne  
multis in rebus natura cōparatū est, vt acrius incūbamus  
animo in spem rei potiūndæ, q̄ in re ipsa potiūnda & fruē  
da acquiescimus? Vt cetera nunc argumēta rei desint, satis  
(nisi fallor) ad iudiciū esse potest, q; fere homines animi  
magnitudine præditos videmus bonā ætatis partem in ar  
duis rebus persequendis atq; intractabilibus conflictari &  
cōfici, illud demū operæ precium expetētes vt beatius ipsis  
atq; honorificētius consensescere liceat, immo vero ad sene  
ctutē vsq; supremam enectos cura & sollicitudine videas,  
quo beati, id est locupletes aut honoribus præditi fessam  
iam animā exhalēt. Nōnullos etiam etate ac robore floren

⁹ teis videas æquis ac præsentibus animis mortem oppete  
re, ea demum gratia vt sepulchris ossa sua tegantur elo  
gio cohonestatis. tanta vis est immortalitatis, quæ ignicu  
los ciet in animis nostris ad cœlestia suspicienda, si non er  
rabundos oculos aliorum detorqueremus. Mihi quidem  
hæc & alia huiuscemodi æstimanti, arbitrari interdum eue  
nit, nihil ante CHRISTI aduentum inuestigabilius  
ab veritate, ab eius vero decessione nihil fugacius fuisse:


⁹ ¶ Rerū intellig. spectra. Spectra sunt quæ græce idola dicunt: hoc est, simula  
era & imagines rerū intellectui occurretes. Cice. ad Cassiū lib. xv. episto. In  
mea ne potestate sit spectrū tuū: vt simul ac mihi collibitū sit de te cogita  
re, illud occurrat. Neq; solū de te, qui mihi heres in medullis: sed si insulam  
Britaniā coepero cogitare, eius idolū mihi aduolabit ad pect⁹. Idem lib. j. de  
natura deorū, imagines has Democriti appellat. quo in loco sic inquit. Or  
pheū postā docet Aristoteles, nunq̄ fuisse. at Orpheus, id est imago eius, vt  
vos vultis, in animū meū sepe icurrit. Ex iis imaginib⁹ sūt visa, id est phā  
⁹ tasi: quorū in academicis lōga est disputatio apd eūdē. ¶ Sola repræsentatiōe  
adductos: id est: cū ideo solū in ea potiūda fruēdaq; aio intētiore, curaq; ple  
niore incūbamus, q; bona tēporaria p̄sentī tēpore carpēda offeruntur: cum  
æterna in spe sint posita. Cic. quodā in loco. Neq; expectare tēporis medica  
nā, quā repræsentare ratione possumus. Plī. lib. xxj. Repræsentare aliqua eorū  
quæ suis locis dicēda sunt. ¶ Adduct⁹ autē p̄ impulso ponit: & est qui opinio  
⁹ ne ducitur. ¶ Præsentibus animis. Terētius. Fac hæc animo p̄sentī vt dicas  
id est, p̄sidenti. Cic. de Orat. Animus acer & p̄sens & acutus.  
⁹ ¶ Aduētū inuestigab. Inuestigabilius p̄ min⁹ vestigabili dixit: qd̄ ἀνεξιχνία  
⁹ 500 græce dicitur. ¶ Ab eius vero decess. Decessiōne Christi dicit, quasi pro  
uincia defuncti. Sic, Cice. ad Quintū fratrem. Ego tibi spem maturē deces  
sionis afferebā. Et Decessor est cui e provincia abeunti successor mittebat.  
⁹ ¶ Fugacius fuisse. Fugax dicit qd̄ tenorē suū diu nō seruat. Cice. ad Plāciū,  
lib. x. epist. Perge igit vt agis nomēq; tuū cōmēda immortalitati: atq; hæc  
oia q̄ habēt speciem gloriæ, collecta inanib⁹ splendoris: insignib⁹ cōtēne: breuia,  
fugacia, & caduca existima. Sic Plini⁹ lib. xv. Persica p̄cacia fugacia appel  
lat. Nō aliud (inquit) pomū fugacius: lōgissima nāq; decerpto bidui mora est.  
Sic vinū fugiēs Ciceroni in officiis appellat, qd̄ cito in vitū inclināt. Sic  
disciplina euāgelica & germana veritas iādiu exolescere coepit: vt literę su  
gientes dicunt, quas græci δὲ ἑρρηκότεα ἡσάματα vocāt: q̄ tenuia lituræ  
vestigia in seruat. Potest & fugax veritas puulgata significatione intelli  
gī quæ illico e manibus hominū vel ex oculis efugit, cum teneri videatur.

Spectra.  
Idola.Represent  
tare.Adduct⁹  
Inuestiga  
bile.ἀνεξιχνία  
500.Decessio.  
Decessor.  
Fugax.Vinū fu  
gians.  
δὲ ἑρρηκότε  
α ἡσάμα  
τα ἡσάμα  
τα

quippe quam tot ingeniosissimorum hominū cōuentus, tot scholæ certatim inquirentes, ac per omnia naturę vestigia indagantes, cum argumentosos disputationū labyrinthos nequicq̃ implicuissent, nihil aliud q̃ pro veritate vestigata laborem, fatigationem, errationem ancipitem posteris reliquerūt. Deinde cū ipsa veritas in medium prodūisset sub velamento personę, disciplina quidem illa sua effectus mirificos edidit ad discutiendam caliginem ignorantię, quā tenebrarum præses Horcus orbī terrarum circūfuderat. Hanc cœlestem disciplinam veritas e terris decedens partim manibus traditam, partim consignatam reliquit, testatamq̃ deinceps locupletissimis testimoniis. Cuius disciplinę venerandis atq̃ augustis ambagibus in æternū consecratę, cum tot extent commentariū, tot interpretum enarrationes, quibus ex ipsis velut quibusdam conspiciendis veritatem ipsam eandemq̃ sapientiam tanq̃ in sacrario suo cōditam cernere nobis licet si animaduertere velimus: (et si enim in abstruso est veritas, nec cuiq̃ obuia, post integumentum tamen eloquiū sacrosancti ac mystici nuda iacet ipsa, transpiciendāq̃ se præbet ac pene intuendam propius accuratis quidem oculis nō item curiosis.) Fit tamen nescio quo modo nec sine diro stupore, vt tantę rei tam visendę spectrum animo nostro non satis adherescat, q̃libet impressisse meditatione videamur. Nā simul vt ab eius cōtemplatione digredimur ad actiones solitas & functiones vitę, rerū vtiq̃ mirabiliū spectandarūq̃ simulacra e principatu mentis exolescūt, nō aliter atq̃ fugacia vestigia leuiterq̃ impressa. Quin & eo euasit obliuio, secordia, stupor, vt homines rerū seculariū atq̃ interiturarū prudētes, in rebus ipsi sentilibus & cōcretis philosophentur cataleptice: h

in rebus æternis soloq̃ mentis incubitu perceptis, confidenter illū Arcefilam non respuant auctorem in assensu summe illiberalem. Tali autem iacto in animi principatu fundamēto, qui fiet tandem vt ea cohęreant stabiliter, quæ superextrui necesse est ad finem adipiscendum bonorum?

- c** Partim manibus traditā. Disciplina per manus tradita, vel historia dicitur, q̃ nō monumētis literarū, sed verbo tm̄ tradit̄, & a maioribus ad posterōs sine literis trāsmittitur. Liuius lib. v. ab vrbe. Etiā si nobis cū Vrbe simul positę traditęq̃ p̄ manus religiones nullę essent. Fabius. lib. xij. Non ea modo q̃ cōscripta sunt historijs, aut sermonibus velut p̄ manus tradita, quęq̃ quot idie agunt̄ nosse: verū ne ea qdē q̃ a poetis ficta sunt negligere.
- d** Partim consignatā. Consignatū impressum & incisum significat. Cic. in Acad. Itaq̃ vt literis cōsignamus q̃ mādare memorię volumus: sic ille in aīo res inculptas habebat. de Themistocle loquēs egregie memoria p̄dito. Alibi p̄ testato, ab eo ponit̄. de diuinat. Quē cū nō moueat clarissimis monumētis testata cōsignataq̃ antiquitas. & itidē in oratione pro Deiotaro.
- f** Augustis ambagibus. i. oraculis symbolicis, & parabolis.
- s** Conspicij. Vt vitrum oculare adiuuat hebetes oculos: Sic scriptōrum sanctorum commentarij dilucidiora reddunt oracula & ænigmatica.
- h** Nō itē curiosis. Curiosos oculos distinguit ab accuratis. Curiosi lectores sepe nō percipiūt sensum sacrosanctę doctrinę: q̃ nō bona fide incubūt lectioni. Igitur eis obstat literarius sensus, quasi velū veritati obductam. Curiosi oculi & lectores.
- Cataleptis est perceptio & cōphēsiō, q̃ pp̄inqua est sciētīę, vt docet Cic. in Acad. circa finē. Hęc asserebāt Stoici: sed Academici sustulerūt. Cui⁹ sectę successor fuit Arcefilas, q̃ negabat qdē sciri posse, sed esse tm̄ opinionē rerū pbabilē. Lact. lib. iij. eū Academię cōditore vocat, & ignorantię assertore atq̃ magistrū. Cic. in. iij. de Orat. Arcefilas primū ex varijs Platonis libris Socraticisq̃ sermonib⁹, hoc maxime arripuit: nihil esse certi, qdē aut sensib⁹ aut aīo pcipi possit. Cōsideratrix aut̄ illa secta dicta est, vt docet Gel. id est σκεπτικὴ secta. Retinebāt. n. assensū, semp se addubitare p̄ se ferētes: vt ex libris illis Cic. liḡt. Propter qdē Arcefilas hic illiberalis i assensu dī, quasi tenacissim⁹. & ob id ephecticus gręcę dī. Cataleptice ergo philosophari & decernere de reb⁹ pceptis, est cū fiducia loq̃ & cētere, q̃ si sciētīā hñtes: vt solēt hoīes plus naturę vi tribuētēs q̃ diuinis pollicitatiōib⁹: tenere. n. se credūt causas rerū. In rebus vero diuinis, quarū spes nobis p̄posita est sacrosanctis elogijs: addubitabūdi sunt, q̃ si rerū earū nihil pcipi possit. & sic auctore ipsi vtunt̄ Arcefila. Quales multi sunt hodie fidē bonā minime agnoscētes: id qdē ex eorū institutis vitę clarū fit. In animi principatu. Animi principatus quid sit, docuit Budeus in annotationibus.



Nihil vero perinde valebit ad despiciendam fortunę potē-  
tiam & fastum, q̄ si toto pectore incubueris ad eam cogita-  
tionem quę nulli non est in promptu: fore scilicet tandem  
cum omniū rerum quę in commercium hominū cadūt, ea-  
dem sit indicatio, nec pluris sit centies sestertium q̄ mille  
aeris possedisse. Tandem dixi: ceu vero in conflagrationē  
illam olim futurā te reiciam. Breui, mox, propediē, iā iam  
hoc erit: nec minus paucis mēlibus q̄ annis paucis: nec mi-  
nus cras q̄ perendie. Quid breuius esse potest: momenta  
etiā singula cedunt. nec minus adolescētī, q̄ iuueni: viro,  
q̄ seni: valenti, q̄ infirmo: stanti q̄ decumbenti: in pacato, q̄  
in hostico: salubri, q̄ pestilenti. Oriēdi: profecto & occidēdi  
conditio omneis homines æquat. Censurę & classes & ordi-  
nes vitę tm̄ comites, in morte destituūt. At intra id spatiū  
fortunę imperiū cluditur: & vita controuersos cum mor-  
te fines habet. Terminos enim fixos nullos esse finit nascē-  
di conditio misere obnoxia. Quodnā igitur illud est tātū,  
tam exoptandum, tantopere persequendū, omni ope, omni  
contentione querendum, quod fortunatos scilicet facit ho-  
mines & beatos? Heu dementia, fortunatos istos fortu-  
narum suarum non pœnitet? Immo vero nos ipsos hebe-  
tudinis & stultitię non pudet, quorum mētis aciem splen-  
dor ille inanis & vitreus honorum bonorūq; prestingit,  
quibus fortuna congiaria sua farcit? Si tu ista magnopere  
suspicias, eorūq; cōpotes ob id felices putas, non iubeo te in  
æuū cogitationem producere, (q̄q̄ id vehementer ad rem  
pertinet) dieculam modo expecta, & presto vel tibi vel il-  
lis erit fatum, cū quo extrema sensa subibūt, lōge ab iis di-  
uersa atq; abhorrētia quę mētē nūc nostrā & versant & di-  
uexant. Dieculā dixi quasi deceniū aut altero tanto maius

spatiū (quod raro indulgeri ingēti fortunę solet) cū inte-  
rim inexorabilis Atropos, dispensatrix interuallorū, in an-  
nuā fortasse aut bimā diem æuū nobis proroget, cū certo  
certius sit vnūquēq; mortaliū simul vt in lucē editus est, ex  
edicto mortalitatis p̄petuo atq; æterno, nō magis in peren-  
dinū diē q̄ in crastinū vadimonio esse obstructū. Vt autē i cō-  
flagrationē huiusce orbis (quā ēt p̄fici poetę suspicati sūt)  
cū cōpage soluta secula tot mūdi sup̄ma coegerit hora re-  
rū oīm indicatura ad assem re duceat, atq; etiā ad quadrātē

- I Fore scilicet tandem &c. elegans locutio pro eo quod est: fore tandem  
omniū rerum, quę in commercium cadunt, eandem indicationem,  
m Indicatio: id est æstimatio: vt Bud. in annot. docet.  
n At intra id spatiū: Enthymema est, quo efficitur, fortunę potētiā pro  
nihilō ferme ducendā. Nā si vitę tm̄ comes est, & in morte vel sub mortem  
facessere incipit: nihil in ea certū ac stabile esse potest. Est enim cōtrouersa  
de finib; inter vitā & mortē: quippe cū exitus vitę sit initium mortis: ita  
vt dubiū sit, utrū moriēdi spatiū sit mors, an vita. Et alioquin, vt subiū-  
gitur, cū nullū interstitium dirimat mortē & vitā, quod quidem confine  
vtriusq; esse possit: & ad functionē fati mortēq; obeundam nulla nō cedat  
dies: ea ratione fit, vt fines sint incerti & cōtrouersiosi inter vitā & mortē.  
Nulla enim dies vitę, non etiā dies mortis est: cum ab ortu statim dies  
mortis cesserit: vt superius ostensum est ex Cic. in lib. de Senect.  
o Congiaria fortunę farcta, id est plena & circūfluentia: sunt opes fortu-  
natis affluentes.  
p Producere cogitationem in æuū: id est, in id quod post tātū spatij futu-  
rum est, quod omnia secula superat. Æuū enim est, quod nec tēpus est, nec  
tēporis pars: quia mēsurā nō recipit vt tēpus, qd̄ Solis motu metitur. Li-  
cet æuū interdum, id est αἰών, pro hac vita accipiatur. vnde longeuus.  
q Extrema sensa: id est cogitationes quę subeunt animos eorum, qui aduē-  
tantem mortem iāq; aduenientem præsentiscunt. Mortis enim imagine  
animo iam propius certiusq; appulsa: vanę rerum caducarum imagines,  
inanisq; splendor fortuitorum bonorum ex animo faecessunt.  
r Inexorabilis Atropos. Atropos dispensatrix interuallorū dicitur: quia finē vi-  
tę habere in potestate putat, & quasi interuallū vitę metiri. Vt Atropos  
etiā p̄ tpe vitę exacto accipiat, vt docet Arist. in lib. de mūdo, q̄ interpretatio  
ferme eodē pertinet. Ex edicto mortal. Quid sit edictū perpetuū, quid  
vadimonium, & reliqua: Budæus in annotationibus planum fecit.  
s Secula tot mundi &c. versus Lucani in primo Pharsalię.

Æuū.

αἰών.  
Extrema  
sensa.

Atropos.

nec quicq̄ inter opulentiã intererit & inopiã, honorẽ & igno-  
 miniã, fortunã & infortunũ: sic in morte cuiusq; qui quidẽ  
 sensum habeat immortalitatis animi, necesse est utiq; vt no-  
 uis subeuntibus & inusitatis recordationibus vetustæ illæ  
 obsoletæq; faceant, nisi si stupor dirus est in quorũdã me-  
 tibus (quod in nobis abominor) sidenteq; adeo & inusitæ  
 sunt cogitationes rerum mox illis relinquendarũ, vt mortẽ  
 ipsi obeat pecudinã. Proinde decedẽtibus pristinis sensibus  
 voluptatem, hilaritatem, iucunditatem, diuitiarũ, prædiorũ,  
 prouentuũ, honorũ gestorũ recordationem atq; meditatio-  
 nem (quæ sola mensura est diuitiarum) consentaneum est  
 & verisimile decedere. Ita deinde miserum animũ de rerum  
 fortuitarũ migrare possessione, quã manuũ, pedũ, omniũq;  
 sensuum ministerio quesitam / retinebat mordicus & perdi-  
 te & exitiabiliter fortasse. Quare causam haud dices (vt  
 opinor) quin despiciabilis nec prædicanda harum sit rerũ  
 possessio, quas ne longissimĩ quidem temporis vsu suas ita  
 quisq; possit facere, vt nõ precarias facultates habeat, idẽq;  
 veluti fiducia cũ fortuna contracta beatus demũ sit & co-  
 piosus. Iam vero præter casus fortuitos, quantũ vim maio-  
 rem improbioremq; cui etiã fortunæ subiectæ sunt, quã-  
 tum inquã demere precio & æstimationi cõses huiuscemo-  
 di rerum quæ arbitrariæ sunt fortunæ, quaq; veluti merce  
 de licetur libertatem improba plagiaria ingenuarum men-  
 tium sese ipsi mancipientium? Tametsi alioquin in harum  
 facultatum æstimatione, non tam copia exuberans & redũ-  
 dans, q̄ vtendi fruendiq; scientia refert & commoditas, be-  
 nignitasq; possessoris aut malignitas, q̄ si sibi ipse vnũ pos-  
 sidet, non humano more sed canino possidet: si nec sibi nec  
 aliis, vt pleriq; prædiuitum, non possessor est iustus sed

draco Hesperidum, & custos hereditatis quæ heredi asser-  
 uatur intacta. sin alias perperam vtitur, felix esse quoniam  
 pacto potest eo bono quod in malum tandem versurũ est:  
 At rarissima sunt exempla inculpate possidentiũ & vten-  
 tium, ita vides quid sequatur. Vndenam autem tantĩ ista  
 æstimatio: vnde tam acere desiderium rerum fortuitarum?

- v ¶ Stupor dirus. i. diuinitus insitus ob nimiam pernicitatem vel impietate.  
 ¶ Sidentes, id est penitus insite. ¶ Inusitæ autem, id est quæ abstergeri per  
 resipiscentiam nequeunt, vt notæ ferro candente impressæ. **Dirus.**
- x ¶ Exitiabiliter, hoc ad æternum exitium pertinet.
- y ¶ Causam haud dices: id est, non inficias tibi: cõtinuo mihi hoc concedes. **Causam**  
 de quo supra non nihil dictũ est. Cice. p. Quintio. Nonis Februarijs Romæ **haud di-**  
 fui: cause nihil dicim⁹, qn tibi vadimonium pmiserit. Dicit etia: nõ causor: **cere,**  
 nõ causificor. Idẽ p. Roscio Comædo. Si planũ facio, post hæc recentẽ stipu- **Causor,**  
 lationẽ Roscij selt. trecenta. liij. a Flauio te abstulisse: nõ quid causare, quin **Causifia-**  
 ab iudicio abeas turpissime victus: id est: num etiã aliqd ad defensionẽ alla- **cor,**  
 turus es: Plaut⁹ idẽ idẽ vtis: vt illud. Haud causificor qn habecã potissimũ.  
 ¶ Vt nõ precarias facult. &c. Quid sit fiducia, qd precariũ, satis i annotationib⁹ **Fiducia.**  
 explicatũ. & itidẽ de vi maiore qd verbũ frequẽs est in libris iuris ciuilib⁹ **Precariũ.**
- z ¶ Improba plagiaria. Plagiaria fortuna dicit: quia fortunę auctæ minuit  
 libertatem.
- a ¶ Refert, id est ad rẽ pertinet. Pl. in lib. xiiii. His exẽplis, nisi fallor, mani- **Refert.**  
 festũ est, patriã soliq; referre nõ vna. id est: ad vini p̄statiã maxime ptinet,  
 eligere solũ & regionẽ. Idẽ de materie cædenda, In finitũ refert lunaris ra- **Interest.**  
 tio: nec nisi a vicesima in tricesimã cædi volũt. Interest eodẽ modo accipit.  
 Celsus. Quia non interfit quid morbũ faciat: sed quid tollat. de empiricis  
 loquens. i. nõ esse attendendũ: nihil ad rẽ ptinere. Cic. in Verrem. Etenim cũ  
 omnib⁹ in rebus, tũ in rep. permagni interest ratio inclinatioq; temporũ.  
 Sic hoc in loco: ad fortunę bona æstimãda, & felicitatẽ idẽ manãtẽ: magno  
 pere attẽdẽda est & expẽdẽda sciẽtia ei⁹ q̄ ea possidet, & vtẽdi ei⁹ frugalitas.
- b ¶ Benignitasq; possess. aut malignitas. Benignitas liberalitatem, Maligni- **Benigni-**  
 tas illiberalitatem significat, apud doctos. ¶ Sed canino: Quia alijs eorum **tas.**  
 vsum inuidet. nihil enim canẽ inuidentius. **Maligni-**
- c ¶ At rarissima sunt. At & atqui conueniunt in assumptione: quæ pars est **tas.**  
 syllogismi. est enim enthymema. Quod autẽ sequit: ita vides quid sequat: **At &**  
 habet vim cõplexionis, i. conclusionis. Ita cũ argumẽtaf. Si in vsu magis **Atqui.**  
 q̄ in copia fortunarũ sita est earũ indicatura atq; æstimatio: & rari sint, qui  
 perperã nõ vtãtur atq; in suã p̄niciẽ: nimirũ, nõ vt quisq; copiose instru-  
 ctus est, aut apprime peculiatus: ita etiã inter felices censendus est.

Nempe ab errore atq; hebetudine sensuū. Quis enim accurate intuens & perpendens, non perspicit opes, honores, diuitias (quo veluti pabulo inani & imaginario cupiditas humana explere ingluuiem suā nequit, ac diram illā famē sedare habendi & fruendi) non suapte natura bona esse & cōmoda, sed honorū tantū simulacra, ludibriāq; sensuum. Quorū ipsorū hallucinatio quū assensorem sibi animi mētīsq; principatum ascīuit, hominē statim alligat culpa atq; errore capitali. Nam quibus in rebus Deus & natura inspectionem & arbitratum rationis esse voluerunt, auctore ipse cupiditate ad sensus aut stolidos aut stupidos iudiciū reiicit. Ita ex cordatis excordes fiunt homines, tum scilicet quū huiuscemodī illiciis cordis ac mentis humanę corrupti, iudiciū preposterū faciunt, honoratissimo utiq; loco ponentes ac censentes ea sepe quę infimī ordinis sunt constitutione nature. Quū autem in opinione hominū sursum deorsum sit (vt aiunt) & rursus prorsum, vix est utiq; vt in eorū actionibus & consultis quicq; recte atq; ordine statuatur. Quo modo igitur nos CHRISTI sacris initiati, premonstratorem ipsum sapientię, salutarisq; vię ducē sequimur? Nemo est enim qui nō id habeat in votis, nisi mēte captus est, idq; sperare se dicitur. Nempe vt preposterī viatores, qui auersī & impediti sarcinis/eo se peruenturos haud ægre sperāt/ quo aduersi alii & expediti cum labore ac fatigatione euadunt. Proinde præcipuā atq; antiquissimā ipsi potius, earum rerum curam habeamus quę iure optimo & possidentur & ad vsum habentur: optimoq; iure eas esse res censeamus, quę nec sunt ipsę fortunę nec principum vectigales, nec cuiusq; omnino potentatus infra superos, cuiusmodi sunt dos & instrumentum animæ.

quę a Deo supernisq; potestatibus conferuntur, quęq; res alię hoc instrumento, cultu & subactione animi, multiplici (vt ita dicam) spiritalis soli versatione quæruntur. Quādoquidē hęc propria & nostra sunt. si tamē quicq; suū hominis esse potest: cum interim quę possidemus omnia, quo iure cūq; tituloq; ea possideamus, a Deo profecta sint.

- d ¶ Quę veluti pabulo inani &c. Pabulū inane est cuiusmodi sunt magicę epule, quibus conuiuiarum desiderium magi frustrantur, qui cum veici se putent, semper tamen ieiuni sunt & exhaulti.
- e ¶ Alligat culpa. Cic. pro Flacco. Metuit homo sapiens ne L. Flaccus nunc scelere se alliget. i. ne homicidium perpetret.
- f ¶ Inspectionē, id est cognitionē & iudiciū. Cic. Philip. ij. Nos em̄ Augures nūciationē solū habemus: Consules & reliqui magistratus etiā inspectionē. Inspicere enim est rem diligēter cōsiderare & æstimare: vt faciūt emptores. Cic. ad Var. Illud em̄ adhuc p̄diū nō inspexit. Plaut. Nūc te orare iussit ope maximo: vt sibi inspiciere liceret has ædeis. Gaius in titulo de piculo & cōmodo rei v̄d. Si post inspectū p̄diū, anteq̄ emptio cōtraheret, arbores vectorū vi deiectę sunt. Inspector nomen artificij, atq; etiā muneris & officij.
- g ¶ Ex cordatis excordes: id est, e sapientibus insipientes.
- h ¶ Illicia cordis: id est, ece illecebrosę, Varroni. Sūt etiā illicia quecūq; illecebrata. Cic. ad Atticū. Illū existimare Q. fratrem illicii meę p̄fectiōis fuisse.
- i ¶ Cōstitutione nature. Iure enim naturali bona externa p̄ nihilo ducunt.
- k ¶ Rursus prorsum. pro retrouersum & porrouersum: qđ Cicero vltro citro dixit. Terent. Sursum rursus prorsum trepidari sentio. Quod est p̄ uerbale: vt gręce ἀνω κάτω, cū omnia permiscuntur, & ordo rerum conturbatur. Demost. πάντ' ἑκατέρωθεν ταῦτα πεποίνηκε. Omnia (inquit) illic sursum deorsum fecit. Hic igitur rursus prorsum fieri, significat ordinē rerum & æstimationem prepostere esse constitutam.
- l ¶ Optimo iure. Cic. de lege agrā. Optimo. n. iure ea sunt p̄fecto p̄dia, quę optima cōditiōe sunt. Libera meliōre cōditiōe sunt q̄ serua: soluta meliōre cōditiōe sunt q̄ obligata: imunia meliōre cōditiōe sunt q̄ illa q̄ p̄sūtāt.
- m ¶ Spiritalis soli versat &c. Solū spiritale est animi? hominis. Cic. de Orat. Subacto mihi ingenio opus est, vt agro non semel arato, sed nouato & iterato. Hic significatur vsus & exercitatio animi in moribus componendis: ex qua ad frugem bonam venitur.
- n ¶ A deo profecta. Alludit ad dotē, q̄ dicit̄ p̄fectitia: & ad peculiū p̄fectitiū: qđ seruorū est q̄ p̄priū nihil habēt. Profectitia aut̄ dos dicit̄ ab aduētitia. nā (vt inqt Vlpianus) profectitia dos est, q̄ a patre vel parēte proficiscitur.

Alligare culpa.

Inspectio.

Inspicere.

Inspector

Illicia.

Rursus prorsum. ἀνω κάτω.

Optimo iure p̄dia.

Profectitia dos.

si ius a capite ( vt dicitur ) arcessere velimus, ab origineq; o  
 repetere. Sed tamen esto vt proprium habere quidpiam  
 serui Dei possimus : tam erit certe vnumquodq; maxime  
 hac conditione, q̄ minime obnoxiam causam habebit. At  
 qui eiusmodi sunt, quæ nec homini nec fortunæ debentur,  
 quæq; nec tyrannica valet auferre violentia, nec pignerari p  
 iudex, nec sunt in ea causa vt iniectare iis manum fortuna q r  
 possit vt precariis suis aut fiduciariis . Cui etiam libertati  
 accedit, q̄ ita huiusmodi pignora possidentur, eoq; mancipi  
 pii iure accipiuntur: vt quum eorū vsu fructuq; vnusquisq;  
 nostrū in vita potitus sit , indeq; large ac prolixè benigne t t  
 fecerit, cum hoc vt nihil eorum vsu erogationeq; detritum  
 sit aut intertritum , ad hæredem etiam aut bonorum poss  
 sessorum dominium non transeat, aut alium quempiam.  
 At bona fortuita seu hæreditate deferantur, seu emancipen x  
 tur, seu titulo quocunq; ciuili querantur : eo fere iure sunt  
 vt possessionis asseclas & comites nec festiuos nec iucun  
 dos habeant, sollicitudinem anxiam, metum illiberalem, cu  
 stodiam peruigilem, auiditatem in dies in horasq; gliscen  
 tem. Tū si quid deperit aut intertrimēto imminuitur: si ser y  
 uādo nō seruatur, si amicus rogat vt edū: si propinquus cur z  
 ius fides non admodū perspecta est, mutuādū, admetiēdū, a  
 appendendum stipulatur : si vicinus præpotēs aut impro  
 bus agrī particulę oculum adiecit, quantum inde indigna  
 tionis, pauoris, palloris, ruboris, estus nasci potest, inter  
 dumq; liuoris: quantum præcipitis iræ & sæpe vecordix, si  
 iactura luculentior admissa sit? Fortunam te veluti ini  
 quitatis arcessere ex literis tuis video ob ereptam tibi be  
 ne gerendæ rei facultatem, rei q; potiundæ spem incom  
 mode præcisam, non modo tibi prædiatorio iure debitæ, b

- o ¶ Si ius a capite arcessere velimus. Metaphorica est locutio. Cice. in Topi: Ius a capi  
 cis. Cum autem a genere dicitur argumentam, non erit necesse id vsq; a te arcesse:  
 capite arcesse. Sæpe & citra licet: dum modo supra sit quod sumitur. In re.  
 Tuscul. a capite ducere dixit.
- p ¶ Nec pignerari &c. Pignerari est pignora capere. id quod fieri solet contra Pignerari  
 eos qui iudicatum non soluunt. Quod ἐγγυσιδεν græce dicitur: vt in an ἐγγυσιδεν  
 notationibus docuit. Zev.
- q ¶ Nec sunt in ea causa. In ea causa esse, verbum est iuriscōsultorum Vlpia:  
 nus. Si quis quenq; in iudicio sisti promiserit: in eadem causa debet sistere.  
 id est, in eodem statu & eadem conditione. Cicero in finibus. Morte qui affe  
 cti sunt, in eadem causa sunt qua anteq; nati.
- r ¶ Iniectare manum, & reliqua quæ sequuntur, satis in annotationibus enar  
 rata sunt.
- s ¶ Benigne facere, est munificum esse. Cicer. in offi. Videndum est primo ne  
 obit benignitas, & iis quibus videbatur benigne fieri, & cæteris. & pro Plā.  
 Benigne multis fecit.
- t ¶ Prolixè: id est admodum liberaliter. Idem pro Flacco. Id non solum fe  
 cit, sed etiam prolixè cumulatq; fecit. & ad Atticum. Honoris mei causa, li  
 benter, prolixè, celeriter facias. Græce ἐκτενῶς dicitur.
- v ¶ Dominium non transeat: verbum iuris.
- y ¶ Emancipentur: id est mancipio accipiuntur & emanant: vt in annotat.
- z ¶ Intertrimentum est fere idem quod detrimentum. Tractum a reb<sup>9</sup> quæ  
 attritu deminuuntur: vt detrimentum ab eo quod vsu detritur. Cice. in  
 prætura vrbana, L. Rabonno ædem Castoris tradi oportebat sartamtestam.  
 Is casu pupilli Iunij tutor erat testamento patris. cum eo sine vllō intertri  
 mento cōuenerat iam, quemadmodum traderetur. Quo in loco Asconius:  
 detrimentum, inquit, vnius partis esse potest: intertrimentum vero dātis  
 & accipientis quod ab eo speciosius q̄ verius dictum censeo: vt ex Liuo ap  
 paret libro secundo de bel. Maced. his verbis scribente. Id argentum, quia  
 probum non esse Quæstores renunciauerant, experientib<sup>9</sup> pars quarta  
 decocta erat: Carthaginenses pecunia Romæ mutua sumpta intertrimen  
 tum argenti suppleuerunt.
- a ¶ Si seruando non seruatur. vt vestis quam tinea exest, & alia quæ sine de  
 trimento non asseruantur.
- b ¶ Mutuandum admetiendum &c. Mutuare, admetiri, appendere, iis de re  
 bus dicuntur, quæ numero, mensura, & pondere constant. Commodare de Mutuare  
 reliquis rebus, quomodo & apud græcos. Gaus in titu. de cōtra empti. Nō Comoda  
 tave sint. μετρίως mutuari significat frumētū, voce pallua: hoc est δωεία Admetia  
 Ζεῶν, admētium accipere. quo Demosth vltus est. ¶ Interdūq; liuoris: Liuorē ri. μετρίως  
 ex anxietate & animi egritudine cōtrahūt interdū ii quib<sup>9</sup> vēditū abiuraf  
 aut decoquitur. ¶ Ius prædiatorium quid sit, videbis in annotationibus. Ζεῶν.

sed etiam iam desponsæ. Quid tandem facturum te fuisse censeres si quæstuariorum vnus fuisses, qui pluris compendiū q̄ famæ integritatē atq; innocentiaē conscientiam æstimant? Equidē te arbitror pro eo vt dolori nunc adluderes (quod literis tuis fecisti nullam animi saucii speciem præferentibus) Superos (prope dixerim) conuiciis insectaturū fuisse: vt mos inoleuit capitalis, si secus quid Fortuna de fortuitis statuerit quod ad nos pertineat, iram non vt in ipsam damni aut maleficii auctorem importatricemq; noxam, sed in Deum diuosq; innoxios obuertamus, tum furias vt cieamus atq; intemperias, quibus interdum ipsi agimur ac ferimur destitute Prouidentia, pœnas nimium pendentes nimia ac perditæ rerum fluxarum friuolarumq; curæ. Atqui inter illa tergemina ora Cerberi teterissimum id esse puto, quod hiantem illam cupiditatem habendi humanæ vitæ exhalat. Et Veneris enim titillantis, & iræ præcipitis patrociniū quiuis qui suscepisset, excusare naturæ vitium posset, cui par esse ratio non nisi egre potest. Infrenis autem illa cupiditas & incitata, quæ multos eximios animos tragicis facinoribus conscelerasse comperta est & nostra & maiorum & omni deniq; ætate, nescio improbius iudicari debeat, an ab ingenuis & honestis disciplinis abhorrentior. Quippe quæ nec fines vllos nec numeros modosq; nouit, nec quid satis sit cuiq; sorti, quod quadret, quid excurrat, quid exuperet, quid modum impleat, quid circūfluat, percipere vnq̄ potest. Quo fit vt vndiq; & quoquo versus, & vt græci dicunt, *παντα πᾶντος* inepti, inscii, absurdi sint, & a comodis suis aliorumq; auersi: nec vero sui, nec alieni quicq̄ vere habentes, qui bonorum suorum finē aut in capsis condiderūt, aut humi defoderunt. Nam p

diuos immortales, quid pugnantius esse potest cum ratione, quid minus iuri natura cōparato cōsentaneū, quod deniq; propius amentiam accedit aut insaniam, q̄ hominem viatorem eo deinceps amplius atq; amplius ad vnāquamq; mansionem viaticari, viatoria etiam vasa anxie corrogare, coemere, ac congerere, quo minus minusq; superest ei viæ? Eat igitur & valeat Fortuna, donatiuis suis vberrimis

- c** Desponsæ, id est destinatæ & pactæ. Cic. de responsis aruspicum. Tito Annio deuota & constituta ista hostia esse videtur. cui me præripere desponsam iam & destinatam laudem valde est iniquum. de Clodij accusatione loquens. Et despondimus pro destinauimus, ad Atticum.
- d** Sed in deum. De his hoc dictū, quos blasphemus appellant. Atq; intemperias. Intēperie, Manie, Furie, numina olim malefica habebatur: vt videre est apud Martianū in secundo. Plautus, Larū hunc atq; intēperie insanieq; agitant senem. Cato de lustratione agri. Vastitudinē, calamitates, intemperiasq; prohibebis. Hic vero pro satellitio Orci ponuntur.
- e** Cerberus (auctore Eusebio lib. iiii. de præparatione euang.) symbolon est demonū principis, tergemina nocēdi potestātē habētis: hoc est, in terra, in aqua, in aere. Hic pro triplici potestate Genij malefici ponit: qui pertentandis hoim p̄cordijs tria venena exhalat: q̄ sunt tres peccati fomites: hoc est veneris vrtica, iræ stimulus, cupiditatis cestrus: qui p̄ fas & nefas præcipites agit hoies. Hiantē illā cupid. Hias avaritia dicit immodica, & præde lemp̄ per intēta & inhias. Cic. in Ver. Nā Verrē semp̄ avaritia hiantē atq; imminētū fuisse. Tacitus in Gal. Hiantes amicorū cupiditates. ipsa Galbæ facilitas in tendebat. Titillās aut voluptas est illa quā Arist. γὰρ γὰλ ἰλ ἰσῶν vocat: q̄ etiā κνωσ̄ dicit. Cic. in. ii. Offi. Illa est largitio quasi assētatorū populū, multitudinis leuitatē & voluptatē quasi titillatiū. Idē in suib⁹, letitiā titillātē dixit: in prin. tertij. Quid excurrat. Excurrēs est quod iusto maius est. Ci ce. in Orat. p̄fecto, de numeris loquēs. Productiora sunt alia, & quasi immo derati⁹ excurrētia, q̄ magis etiā aspernant aures. Quadrās est q̄ iustum est: vt sūma q̄ par est. Excurrēs est q̄ superat. Quintil. Parechasis est alicuius alienę rei, sed ad vtilitatē causę ptinētis, extra ordinē excurrēs tractatio.
- i** Viaticari est viaticū sumere. ἐφοδίαζέω & ἐπιστίζω. Græci dicunt. ἐφοδίαζέω Plaut. in Menecmis. Æstiuē admodū viaticati sumus. id est: perparū sūpsimus viatici, tanq̄ estate peregre eūtes. Donatiuis. Tranq. Pronūciatq; militi donatiuo cētēnis viritū denarijs: abita, inquit. Donatiua militi, Cōgiaria populo, a principibus Ro. donabantur. Hic p̄ affluentia. bonorū potitur, quasiq; fortunę munificentia.

Desponsus

Intēperie

Cerberus

Hians

avaritia.

Titillās.

γὰρ γὰλ ἰλ ἰσῶν

κνωσ̄

κνωσ̄

Excurrēs.

Quadrās.

Viatica.

ri.

ἐφοδίαζέω

ἐπιστίζω

Cōgiaria.

Donatiua.

inter eos sese iactet, qui fortunas loculosq; distendi & vtilius & amplius esse putant, q̄ animum lautis moribus, disciplinis elegatibus, philosophiæ præceptis institui, excoli, perpoliri. Quibus ex rebus cum homini humanitas accedit & induitur, tum vero ratio & intellectus natura tm̄ inchoata, instituuntur & consumantur, sine quibus nec expeditate satis, nec commode, nec eleganter pensum vitæ agenda absolueri possumus a Parcís nobis tributum. Id quod si recte, si probe fecerimus, si agnita fide bona depositum reddiderimus, quid causæ est quin vitam auspiciato inítam, feliciter actam, sine quoq; beato cluserimus & expetendo? Det id demum Prouidentia mihi tandem, vt opus arbitrato Domini factum sit, & vitæ pensum absolutum nimirum ipse nihil iam ad rem pertinere fatebere fortunatus ego an fortunis euersus id fecerim. An vero vt quisq; instructissimus est bonis non modo fortunæ sed etiam naturæ, quæ pluris sunt, ita facillime vitam, felicissimeq; transigit? Non arbitror, ne tu quidem ipse arbitrare, nisi cultus animi accesserit, & mores ad amussim formati, ad perpendiculum (vt ita dicam) exacti, ad regulam respondentes. An emendatissime? multo id minus. Quid igitur ista tantopere exposcuntur, quæ nihil ad finem bonorū pertinet, etiam si nominis appellationisq; fuco cognationem huius generis ementiuntur? Atqui si rationem consulueris, harūq; eam rerum consultā, prudentē, arbitram audieris: quo minore pomcerio instituendæ vitæ fines, tuendæq; œconomix summā circūscripsero, eo & securius & expeditius vitam egero, atq; etiā cōpositius. Cōpone nūc securitatem curis: expeditā vitæ rationē, impeditę sarcinis acceptorū & expeditorum: compositum vitæ institutum & circūscriptū vasto

atq; immenso: & statue vtrobí mentē atq; animū & frequētius & plenius esse apud se, secūq; viuere credēdū sit, & aude de eo addubitare. Iā vero animus externę istius beatitudinis opinione imbutus atq; etiā immerfus, quæ prorsus terrena est, suo pteq; nutu fidēs, quo tandē modo existere ac cœlū suspicere potest? Qđ tñ ipm hoī ppriū natura dedit vt nomē gręcū indicat: i signeq; discerniculū iter animatā.

**l** ¶ Si agnita fidei bona. Agnoscere bonam fidem, verbum est iuriconsultorum: quod significat, ex equo & bono cū aliquo agere p̄ natura contractus, nihilq; doli admittere. Hic alludit ad fidei religionisq; rectitudinem: sine qua nihil est commendabile apud nos.

Agnosce: re bonam fidem.

**m** ¶ Depositi reddid. Depositi hic significat talentum euangelicum.

**n** ¶ Quid causę est, pro quid vetat. Quintil. lib. xj. Quod si omnino recipiendū est: nihil causę est cur non illam vocis modulationem fidibus ac tibijs adiuuemus. id est: nihil iam vetabit, & consequens erit.

Quid causę est.

**o** ¶ Arbitrato domini: verba sunt ducta e formula prisca contractuum. Proculus in titulo de verborum obligatione. Cum stipulatus sim a Proculo, si opus arbitrato meo ante Calē. Iunias effectum non sit, poenam. Est enī arbitrari opus, idem quod formā operis faciendī prescribere redēptori: qđ lingua vernacula deuifare appellat. Sequitur enim eodē in loco. nec ad rē pertinere, q̄ aliquod tempus ante calē. fuit, qđ stipulator non desiderauerit id effici, & nō est arbitratus, vt fieret quod fieri non poterat.

Arbitrari opus.

**p** ¶ Ad regulā respondentes. Hoc quasi prouerbialiter dictū est. translatio est a structuris exacte factis. Est. n. respōdere, competere & quadrare. Vitruuius lib. vij. Postea aut trullifatione arefcēte deformētur directiones arenati: vti longitudines ad regulā & lineā, altitudines ad perpendiculū, anguli ad normā respondentes exigantur. Pli. lib. xxxvi. Structuram ad normā & libellam fieri, & ad perpendiculum respondere oportet.

Rūdere.

**q** ¶ Cognationem huius generis: &c. i. quia falso nomine bona vocantur ob id bona esse putantur, & in tertio ordine bonorū recensentur: quasi etiam non nihil ad summi boni adeptionem pertineant.

**r** ¶ Consultam. i. peritam. Columella lib. j. Hipparchū cōsultissimū Astrologię professorem appellat. Quintil. in. vj. Scripti & voluntatis frequentissima inter consultos quæstio est.

Cōsultus.

**f** ¶ Minore pomcerio. Sic Var. de re rust. metaphorice dixit. Video enim qđ de re rustica scriperunt, latius vagatos q̄ oportuerit: quos in omni re nō imitandos arbitror: & eo melius fecisse quosdam, qui minore pomcerio finierunt.

Pomcerio minore.

**t** ¶ Vt nomen gręcū. Nam dicitur ἄπορος quasi ἄνω ἕπιπρω.

ἄπορος ἕπιπρω.



Vel quod alii (si superis placet) cum habenas effuderunt  
 ferocibus illis bigis cupiditatis atq; ambitionis, confidunt,  
 simul vt ad immensi spatii modū quēdā certum sibiq; desti-  
 natum procurrerint, moderationis sese frenis affectus effre-  
 natos coercituros: quoto tandem cuiq; nostra memoria cō-  
 rigit aut maiorū, vt cum velis fortunæ expassis, & aura ob-  
 ecundante vltra mentis suæ captum prouectus esset, in va-  
 stum illud æquor se rapī intelligeret cum discrimine salu-  
 tis: Quis vnq; in hoc cursu nauem blandiente Fauonio aspi-  
 ranteq; prouectā, retro inhibere tentauit, portumq; circum-  
 spectare: Ecquo vnq; de homine vno & altero audiuimus, q  
 ita ad summū cōtenti cursus peruenerit, vt illic securus ani-  
 mo acquiesceret: Artes omnes mechanicę (vt opinor) finiū  
 suorum summā eo conferunt publice priuatimq; vt corpo-  
 ribus humanis incolumitatem tueantur & præstent quoad  
 eius fieri potest. Artes autē liberales & ingenue, vt animum  
 moribus iis informēt, qui vacationē ei p̄stare possint q̄ fieri  
 potest maxime ab extrariis interpellatiōibus atq; obturba-  
 tionibus, quo magis semetipsa frui mēs, secureq; versari in-  
 tra p̄cordia, quasi intra septa sua possit: intusq; se cōtinere.  
 Equidē eo p̄tinere tādē arbitror qcqd philosophia de cōsti-  
 tuēdis moribus singulorum vniuersorumq; cōmētata est.  
 Quare quicquid homo nō mēte captus consulit, meditatur  
 & agit, & naturæ instinctu, & iuris gentium astipulatus

Vel. ¶ Vel quod alij. Vel in principio sentētię figuratum est, & indignationi ser-  
 uit. Virg. in. xi. Vel cum se pavidum contra mea iurgia fingit, Artificis sce-  
 lus, & formidine crimen accruat. Cic. pro Flacco. Vel quod est in eodē decre-  
 to scriptum, homines clarissimos ciuitatis hoc prætere circumuentos: cur ij  
 non in iudicio adsunt: ac si diceret: non pudet vos hæc dicere, & tam aperte  
 mentiri: & rursus. Vel qd ait Luceius L. Flaccum sibi dare cupisse, vt fide se  
 abduceret, sesterium vicies: & eum accusas auaritiæ, quem dicis vicies vo-  
 luisse perdere: ac si diceret: o hominem impudenter mendacem. Gellius etiā

elegantē est vsus lib. x. cap. xii. Hic autem perinde intelligendum ac si di-  
 ceret: Quid autem absurdius vel stultius vel magis ridiculum, q̄ q̄ nōnul-  
 li: & reliqua.

x ¶ Ferocibus illis bigis cupid. Cupiditatis atq; ambitionis vitia, quasi duos  
 equos iugales imaginatur: e quibus bigas conficit ad percurrēdū stadium,  
 quod sibi homines ad sese ornandos conficiendum suscipiunt. Cōmode enī  
 affectus bigis comparauit: quibus ratio sepe transuersa rapitur, & vltra de-  
 stinatum finem aufertur.

y ¶ Quod autem dicit: vltra mentis suę captū prouectus esset: intellige, cum  
 ad maius fastigiū euect⁹ esset, q̄ p̄ ingenij aut fortis natalitię mediocritate.

z ¶ Fauonio. Alludit ad fauorem fortunę: hocq; ad eos pertinet, qui gratiosi  
 in aula fiunt.

a ¶ Inhibere retro nauem, est cum remiges non tm̄ procursum nauis susti-  
 nent & sistunt: sed etiam repente retrorsus agunt. Id quia fit naui in pup-  
 pim retroacta: ideo greci πρὸ μινου κερσ(αδ) η(α) ἀνακρσ(αδ) vocant. Li-  
 uius. Vt queq; rostrata nauis retro inhibita onerariā post se trahebat: scin-  
 di videres vincula. de bello nauali loquens. Cicero, quod miremur, in opere  
 illustrissimo & ab eo elaborato summa diligētia, perperā hac dictione vsus  
 est. his verbis lib. j. de Orat. scribens. Vt enim incitato nauigio cum remi-  
 ges inhibuerunt, retinet tamen ipsa nauis motum & cursum suum inter-  
 misso impetu pulsūq; remorum: sic in oratione perpetua cum scripta defici-  
 unt, parem tamen optinet oratio reliqua cursum, scriptorum similitudi-  
 ne & vi cōcitata. Inhibere nauigiū Cic. existimabat esse ἐπέχεσθαι, hoc est susti-  
 nere & sistere. Quod aliquando Budęum conturbauit, anteq̄ alium locum  
 eiusdem animaduertisset, in quo se ipse reprehendit, ad Atticum scribās de  
 cimotoertio epist. lib. in prægrandi epistola, que est prima eius libri. Inhibere  
 (inquit) illud tuū, qd̄ valde mihi arriserat vehemēter displicet. Arbitrabar  
 enim sustineri remos, cū inhibere essent remiges iussi. Id non esse eiusmodi  
 didici heri cū ad villā nostrā nauis appelleretur. non enim sustinēt: sed alio  
 modo remigāt. id ab ἐπέχεσθαι remotissimū est. Quare facies vt ita sit in libro  
 quādamodū fuit. dices hoc idē Varroni: si forte mutauit. His verbis intelli-  
 gimus Ciceronē in Academicis, epochen, id est aurigę retentionē cū currū  
 incitatu retinet: hortatu Attici vertisse inhibitionē, cū tamē primū reten-  
 tionē recte vertisset: postea vero mutasse, & retentionē in libro reponendum  
 mandasse. Sequitur autē in eadē epistola. Inhibitio autē remigū motum ha-  
 bet vehemētiore quēdam remigationis nauē cōuertentis ad puppim. Sem-  
 per enim (inqt ipse ibidē) πρὸ βολῶν pugilis, & ἐποχῶν aurigę, similem facit  
 Carneades. πρὸ βολῶν (vt id obiter dicatur) est cum pugil impetum concerta-  
 toris in sese ipse collectus excipit. vt in acie, cū impressio hostium sustine-  
 tur ab acie consistente. Tum autem cum hæc Cicero scriberet, compositos  
 esse dialogos de Orat. ex eadē epistola liquet his verbis. Sunt etiam de Ora-  
 tore nostri tres libri mihi vehementer probati.

Inhibere nauem.  
 πρὸ μινου κερσ(αδ)  
 ἀνακρσ(αδ)  
 ἐπέχεσθαι

Ciceronis locus.  
 ἐπέχεσθαι

Epochē.  
 ἐπέχεσθαι

πρὸ βολῶν

eo spectat ipsum ad extremum ut incolume domicilium animo conseruetur: in quo tanquam procul arbitris affectibus & obturbatoribus sensibus obire functiones suas possit, ac sese ortumque suum & finem aestimare & cognoscere. Functiones porro animi legitime, cum sint intelligentie sursum spectantes ad opificem animi, qui animum similem sibi condidit: qui tandem fieri potest ut animus secularium cogitationum quodam quasi gurgite haustus, ibique sibi libenter aut suis sensibus morigerans, existere stans vicibus ad procurandum sese queat: ad eamque viam inेतundam accingi, qua in via saneque proculcata, tamen redeuntium vestigia nulla visuntur? Quocirca animi illi crassi atque concreti, in luto semper heretes rerum casibus obnoxiarum. Fortunam ipsi sane almam sibi & propitiam colant, cui litare vel tuscule posunt sunt homines genesis fortunatas habentes. Mercurium etiam illum circumforaneum & questorium presentem, felicem, propitium habeant, cuius numini Graeci sua nomina indiderunt. Nos autem Fortune minus reuerentes, de fortunarumque incremento non ita valde laborantes, illum agnoscimus potius Mercurium, quem Logium prisci vocauerunt, tum artium illum quidem humaniorum, tum rationis illustrandae praesidem ac potentem. Hic est ille Mercurius, qui a vi interpretandi atque indicandi conceptuum animi, Hermes appellatus est. Nam absque eo interuentore foret & interprete, nullum terris cum caelo commercium, nullum mortalibus cum superis pignus cognationis, nulla (ut ita dicam) tessera necessitudinis immortalis fuisset, ne inter homines quidem ipsos ius gentium coaluisset, ex quo velut humanitatis fonte conuenta, pacta, foedera, charitatisque vincula emanauere, retinacula sane valida societatis hu-

manere, ciuitatumque coagmenta atque conuenticularum, e quibus iura rursus atque instituta ciuilia sunt enata, quasi propugnacula & praesidia destitutae atque inermis innocentiae. Indeque porro iustitia non orta, sed celebrari coepta est. Quae autem ad me pertinet, causam haud dico quo minus aduentitia ista bona (sunt sane bona etiam, quando ex vulgi more ac sensu loquendum est) apud inscios, (quae multa maxima pars est hominum,) aestimationem suam indicaturamque tueantur, locum etiam in censu primarium obtineant,

b ¶ Genesim fortunatas: id est genituras, & horas natalitias, ut Cicero appellat.

c ¶ Mercurium etiam illum &c. Mercurij cognomen multa sunt apud Aristophanem & Lucianum & alios. Sed Cerdous Mercurius, quasi lucripeta vel questuarius, vel lucrorum praeses. Agoraeus etiam dicitur Mercurius a Cornuto in mythologijs, quasi forensis. Questorius hic a quaerendo dicitur. Est enim Mercurius a mercium cura dictus, quare hunc deum negocijs omnibus praesiciebant. Sed Logius Mercurius est a disciplinis sic appellatus, & a cultate dicendi, apud Philostratum, Synesium & Lucianum. λογος, Logos enim & sermonem & rationem & studia significat: & multa alia praeterea.

Mercurius  
Cerdous.  
Agoraeus  
Questorius.  
Logius.  
λογος.

d ¶ Absque eo interuentore foret. Locutio est Plautina & Terentiana. Plaut. in Capti. Quod absque hoc esset qui mihi hoc fecit palam, vsque offerre natum, suis me ductarent dolis. Et in Bacchi. Nam absque te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum, nunc propter te tuamque prauus factus fiduciam. Terent. in Phorm. Eius me miseret: ei nunc timeoris me retinet. Nam absque eo esset, recte egomet mihi vidissem, & senis essem vltus iracundiam. Id est si ad eum res non pertinerent (inquit Donatus): hoc est nisi ille obstaret, cui & metuo. Plautus alibi si particulam addidit. Nam exaedificasset me ex aedibus, si absque te foret.

Absque eo foret.

e ¶ Tessera necessitudinis immortalis, per similitudinem tesserae hospitalis & amicitiae dixit. Plautus in Poenulo. Deum hospitalem ac tesseram mecum fero. Idem. Tesseram confer hospitalem: eccam attuli.

f ¶ Ius gentium. Contractus omnes sunt a iure gentium orti. Qui non ita inualuissent, nisi sermonis legationumque vltro citro mittendarum commercium inter diuersas nationes intercessisset.

Ius gentium.

g ¶ Inermis innocentiae. Nisi enim iudicia exercerentur: inermes & debiles in praedam potentiorum cederent.

Innocentia inermis.

h ¶ Apud inscios: Apud eos, qui plus sensui rebusque sensui blandientibus tribuunt, quam rationi & menti, rebusque quae mente tantum percipi possunt.

quando iure moribus hodiernis constituto cum ubique ferme, i  
 rum in Gallia, inscientia, inertia, infantia, bellissimo quoque k  
 horum bonorum vitur ac fruatur & exoptatissimo. Sic enim  
 necesse est euenire, ubi iuris distributivi æquitatem vnus  
 & paucorum metiuntur placita Fortune arbitrato. Quapro-  
 pter istum rerum statum ægro animo expendere, hominis l  
 est imperiti, aut rerum æstimationis ignari. Quanto enim  
 præstantius esse censet homini quidem pietatis recte cõsti- m  
 tute retinenti, aliis atque aliis in dies incommodis afflictarum  
 atque etiam prosterni, quæ successu successum excipiente eua-  
 dere in soporem exitialeque secordia. Quæto exitiabilis est  
 animum rerum secundarum cumulo quæ ærumnarum obrui. Ex illoꝝ  
 natione videas processibus immodicis inebriatos, ludibū n  
 de loquitateis de immortalitate, in diuinis facetos, spemque  
 æternitatis cum risu cauillanteis, sic vitam æternam petentibus/vt  
 Cæsaris olim candidati petebant magistratus. Et istos nos o  
 felices putamus, quos prosperitatis Mandragora consopit  
 tos auceps ille animarum ductat hilaros in exitium. Verum sint  
 illi sane felices, sua ipsi felicitate potiantur & acquiescant.  
 Ego in eorum bonorum potius adeptionem contendam & aspirabo,  
 in eaque contentione acquiescam, quorum bonorum questus & com-  
 pendium, non in aduentitorum rationem, sed in profectitorum p  
 refertur, ab iis quidem certe qui recte & ex fide tabulas con- q  
 ficiunt, herile reuerentiam non exuentes exuberante profectu.  
 In iisque demum rebus peculium occupabo, que nec in commercio  
 ipsa sunt hominum magno licitantium, nec prætoris addicentis  
 edicto vendantur. Et quoniam mancipio datur accipiunturque,  
 in iis utique fortuna nihil suum vendicat, quum nihil ipsa dare  
 possit nisi fiducia contracta. Horum autem bonorum possessor  
 solum Deum laudat auctorem si probe se nouit ipse. Quare in eo

precipue animaduertenda cautio est. Caput est autem rei vt  
 bona fides inoffenso tenore comitetur possessionem, & scitis  
 iuris peritorum magni refert quo quidque possideatur animo.  
 Hic mihi respondere (vt arbitror) non grauabere, si te rogem.

- i ¶ Quando iure moribus constituo. Ius moribus constitutum, vt ius mo-  
 ribus receptum dicitur: quod etiam interdum institutum vocatur.
- k ¶ Infantia eorum est, qui eloquentiæ expertes sunt, Ciceroni. Infantia.
- l ¶ Ægro animo expendere, hoc est: ista perpensa & animaduersa iniquo ani- Ægro animo  
 mo ferre. Digna sunt enim ista bona suis possessoribus: cum reuera auoca- expedere.  
 menta sint mentium sapientiæ commentationi incumbentium: ideoque non  
 germana appellatione bona dicta, si quis digne rem expendierit.
- m ¶ Pietatis recte constitute: Quam greci orthodoxan appellant.
- n ¶ Processibus immodicis, i. ornamentis & auctibus. Cic. in Bruto. Gradus Processus  
 tuos & quasi processus dicendi studeo cognoscere. Idem. Is processisset ho-  
 noribus longius, nisi semper infirma atque etiam ægra valetudine fuisset.  
 Iuuen. Optima summi Nunc via processus, vetulæ vesica beatæ. ¶ Inebria Inebriat.  
 tos, id est obrutos & confectos. Plin. lib. xiiij. Conduntur & musto vix: &  
 ipse vino suo inebriantur.
- o ¶ Cæsaris olim candida. Candidati Cæsaris erant petitores consulatus vel Cãdidati  
 præture, quos Princeps comendabat populo in comitijs: vt de Augusto le Cæsaris.  
 gimus apud Suetonium. Tribus (inquit) cum candidatis suis circũibat, suppli-  
 cabatque more solenni. Quintil. lib. vj. Iungitur (inquit) amphibologiæ si-  
 militudo. vt Galba, qui pilam negligenter petenti, Sic, inquit, petis tam Cæsa-  
 ris candidatus. Nã illud petis ambiguũ est: securitas similis: id est, tam petentis  
 pilam, quam petentis magistratum. Nã qui a principibus comendabatur, securi erant  
 repullæ. quare defunctorie & negligenter petebant a populo: qui necesse ha-  
 bebat parere. Sic isti negligenter optare videntur vitam æternam.
- p ¶ Profectitium peculium est quod a domino proficiscitur: vt supra dictum est. Profecti-  
 Aduentitia dos, & aduentitia bona filiorum: que aliunde quam a patre obuene- tia bona  
 runt. Hic metaphorice profectitia bona significatur, que diuinitus animo & Aduen-  
 obueniunt: vt bona animi & virtutes, doctrinaque sapientiæ. Aduentitia titia.  
 autem bona sunt fortunæ & opes.
- q ¶ Conficere tabulas quid sit, videbis in annotat. sicut & ea que subsequen-  
 tur, addicere, & mancipio dare, fiducia, & laudare auctorem.
- r ¶ Scitis Iuris peritorum, &c. id est: Iuris civilis constitutionibus multum  
 interest inter bonæ fidei possessorem, & malæ fidei. Nam possessio, etiã longi  
 temporis, non prodest ei qui aliquando, coepit reseriscere, rem esse alienam  
 quam possidet. Hic autem alludit ad fidem piã & orthodoxam: sine qua  
 animi bona frustra queruntur aut possidentur.

Cum enim altero genere sis & ample & pbe peculiatus, tum alterius generis ratione semper accurateq; habuisti, num horu bonoru quinque minas totidem talentis illoru rependi posse putes? Quid quinquies quinque talentis? Quid denique sexcenties multiplicatis? Non sum nescius hec & illa te expendere ad Critolai libram solere. Quare bonoru animi lancem ita propendere utiq; censes, ut ne orbis quidem vniuersi possessione subleuari possit, si in altera lance quoquo modo imponatur. Ita vides quo redeat summa largitionum fortunae, si quis recte ratiocinari didicit. Sed istam scilicet inire ratione ii nequeunt, qui populari ciuiliq; trutina externa bona corporisq; pensitant. Caeteru cu quicquid facimus ac consulimus, eo spectare debeat, ut vite recte atq; commode degende instrumentu ex eo augeamus atq; tueamur, philosophiam (vt opinor) consecrari debemus acriterq; complecti, qua nullum est comodius preclariusq; instrumentu rebus tum aduersis tu secundis fungendis. Hac enim magistra rudimenta rite ponemus tolerantiae atq; unanimitatis. Hac duce atq; imperatrice instructa (vt ita dicam) aciem firma consilioru auctoritatuq; sacraru habebimus, accinctaq; comentatione aduersus Fortune impressione, quae metis humanae constantia rationeq; oppugnat, & saepe loco graduq; mouet. Simul vero auscultare sacrosancte illi magistree coeperimus, dictataq; eius ediscere: tantam esse discrepantiam inter sensum humanum diuinuq; iudiciu intelligemus, ut quae abiectissimae sunt sortis apud homines, quaeq; per incendia, ceddes, periuria, perfidiam, per certam deniq; perniciem fugiuntur: ea auctoritate euangelica esse in prima commendatione posita perspiciamus: & vice versa quae nos vt in primis expetenda beatamq; vitam

efficientia persequimur, adestiq; retetamus, interdum cum certa presentiq; noxa: illa ipsa auctoritate eadem vel nullo numero locoq; esse posita, vel lubrico, abrupto, & precipiti.

- 1 Altero genere bonorum. s. fortuito tum & externorum.
- 2 Tum alterius generis. id est: animu virtutibus excolendum duxisti.
- 3 Expendere ad Critolai libram: est apud Ciceronem in. v. Tuscul.
- 4 Ciuiliq; trutina: id est iudicio.
- 5 Rudimenta rite ponetes. Rudimenta ponere. est alicuius artis elementa & incunabula pdiscere. Cic. in Salustiu. Ne incipies qd peccare, minimis reb<sup>9</sup> posuit rudimentu: sed ita ingressus est, ut neq; ab alio vinci possit, neq; ipse se reliqua aetate pterire. Rudimentu posuit, pro specimen fecit peccati. & documentum dedit quid in peccando possit.
- 6 Accinctaq; comentatione. Comentatio est ratio meditata & confirmata studio: hoc est *ἡ ἀποσφύρα, φρόνησις, σκέμμα* Cic. in Tuscul Nihil est em quod ta obtudat eleuetq; aegritudine: q meditatio conditionis humanae: q vitae lex, comentatioq; pereundi. Idem in epist. ad Marium. Et ipse quidem multos ia annos nihil aliud cometor: id est meditor, confirmo, cobituoq;.
- 7 Impressio est violenta impulsio, q cedere hosti loco cogit. q grece *πρῶσθολη* dicit. Liuius. Dein valida impressione pulsi, terga vertit. Idem. Haec locutu dictaq; exequetur secuti, dat impressione, qua cohortes Posthumius obiecerat. *ἠσπαστο*. Interdu p violento imperio. Cic. de Metello trib. Neq; ei qucuq; deliberatius fuit, q me quacuq; ratione posset, vi atq; impressione euertere.
- 8 Loco graduq; mouet. Gradu mouere est retroagere. appellere retrorsus. Liuius. Primu gradu mouerut hoste: deinde pepulerut: postremo haud dubie auertut. De gradu deicere, est deicere de dignitate. Interdu. n. gradus est dignitatis: interdu constantie: interdu occasiois. est. n. visus vari apd antiquos: & pter tim apd M. Tulliu, q lib. ij. Tusc. sic scribit. No sentiut viri fortes i acie. vul nera: vel si sentiut, se mori malut, q trimo de dignitatis gradu dimoueri. id est: q idigne i sese aliqd admittere. Hoc grece dicit: *ἠσπαστο* *ἢ* *ἠμης* *ἢ* *τῆ* *ἀξιωματος*, hoc est, ab existimatione pristina deici & deturbari. Hic aut gradus p constatia & aio offirmato ponit: vt apd Cic. in j. Oru. Fortis. n. animi est no pturbari i reb<sup>9</sup> asperis, nec tumultuante de gradu deici: (vt dicit) ed p sentis animi vti consilio. Aliter aut deicere gradu accipit a iurisd. ultis in titulo de re militari. Est. n. metaphora ducta a gradu theatri occupato. Gradus p existimatione & honoris loco. Cic. in. ij. Philip. accepit. Est. n. qrela m hi necessaria p hoc gradu i quo me Senat<sup>9</sup> po. q; Ro. collocauit. In gradu reponere, est deiectu restituere. Quil. in. v. Sic fit vt sigd titubauerint testes: opportuna rursu s ei<sup>9</sup> a quo pducti sut interrogatio: velut i gradu reponat.
- 9 Simul veroid est vbi & postq. Vt quae ab eetiissimae sunt sortis: videlicet egetas & calamitas. Presentiq; noxa. i. pernicie & incommodo.

Rudimēta ponere

Comentatio.

ἠσπαστο φημα. φρόνησις. ἠμης. σκέμμα. Impressio πρῶσθολη

Gradu mouere. De gradu deicere.


ἠσπαστο ἢ ἠμης ἢ τῆ ἀξιωματος.

In gradu reponere.

Simul. Noxa.

Quo ferme efficitur, vt qui de affluentī possessione rerum fortuitarum terrenarūq; ambigunt & contendunt, & magnopere laborant: non ius quidem ipsi e cœlo petere, sed velut Horco disceptante non de salute sed de exitio certa re videantur.

Liber Secundus de Contemptu Rerum Fortuitarum.



Ludere hic sermonem Draco frater potuissim nec inepte (vt arbitror) nec præpropere, nisi me rursus in altum admirationis quidam æstus stuporisq; rapuisset. reputantem scilicet quanto se piaculo scelereq; obstringerent ii quos intellectum & mentē instar quoddā diuinitatis, & ad fruendam olim diuinitatē participandāq; producta ac procreata, posthabere iis rebus nō pudet quare iure tm̄ gentium censentur, non etiā naturę. Neq; enim video qua fronte, qua fiducia, qua ratione, quibus ex causis defensionem ipsi exorsuri sint ante summū tribunal, præsertim in conspectu & corona satellitiū supernatis & infernatīs, qđ Deo iudicanti apparere credimus in quæstione capitīs. Ecquid illi fortasse præsidii in eo esse cōfidūt, si excusanda summa diraq; ignorantia, summi atq; vltimi supplicii damnationem deprecabuntur? Equidem credo (vt est Dei clementia in mortales propensa & facilis) non nihil id nobis apud Deum valiturum: præsertim cum Deus muneris sui fecerit quicquid recte ab homine consulitur ac statuitur in summam suę salutis, fieriq; nequit, vt qui sibi in sese spem salutis esse existimari, non crimine quo-

da se alliget imminutæ maiestatis diuine, vsque adeo manca, destituta, cassaq; omni suo præsidio natura est hominis,

**C**ius e cœlo petere: id est, iudicium diuinū expectare, & in id intētum esse. Ius petere Sic Curtius. Hunc exitum habuit regia totius orientis: vnde tot gentes e cœlo ante iura petebant.

**H**orco disceptante: id est iudice & arbitro.

**A**d mirationis quidam æstus. Translatio est a mari æstuante, & vndabū de reciproco. vt illud Plauti in Asinaria. Q; magis te in altum capesses, tā æstus te in portum referet. Verba sunt lenæ ad amatorem, hoc sensu. Quo magis tentabis a nobis abire, eo magis æstus amoris referuescentis te inuatum ad amicam reuocabit.

**S**celere obstringerent. Sic Cic. de Offi. Potest cuiq; esse vtile foedissimū & teterrimū parricidium: quis is qui se eo obstrinxit, ab oppressis ciuibus patrens nominetur. Sic Tacitus de Tigillino. Gratum fore ratus si societate scelerum se obstringeret. Simile est, alligare se scelere: & obstringere se veracundia, apud Liuium in oratione Scipionis ad Annibalem.

**A**d fruendam olim diuinitatem producta &c. Locutio eleganter figurata.

**C**ensentur. i. existimationem auctoritatēq; assequuntur. Cic. pro Archia. Quoniam ex iis studiis hæc quoq; censetur oratio.

**S**atellitij supernatis &c. Supernate satellitium & supernas, sic dicitur, vt Plin. lib. iii. Supernates quosdam populos & infernates, dixit. & Vitruuius lib. ii. Infernatem & supernatem abietem: sic dictam ab Apenini partibus ad superum inferumq; mare vergentibus. Et Martianus duas spherę cœlestis partes facit, supernatē & infernatē appellans.

**A**pparere credimus. Apparere (inquit Aconius) minoris est ad maiorē. Est enim apparere, quod Græci dicunt ἄγῆς αὐδῆς: quasi præsto esse, & iussa nutusq; iudicis expectare. Gellius. Quod posteaq; lictor ille qui apparebat consuli intellexit: Maximū proconsulem descendere ex equo iussit.

**I**n quæstione cap. Quæstio autem capitis, est iudicium capitale. Cic. pro Cluen. Quid sibi autē illi scribæ, quid lictores, quid ceteri volūt: quos apparere huic quæstioni video? Inde apparitores dicti viatores, q iudicibus apparēt. Hic significantur angeli cœlestes & stygij, iudiciū dñi expectantes.

**M**uneris sui fecerit. Significat hominem suapte tm̄ vj nixum nō posse citra gratiam & præcurrentem & opitulatricem, ad salutē euadere. Tacitus lib. xv. Ne delecto imperatore alio sui muneris temp. faceret. Sic Liuius. Crudelissima gens sua omnia suiq; arbitrij facere.

**I**mminutæ maiestatis. Olim vt læsæ maiestatis, sic etiam imminutæ crimen erat & iudicium. Cic. in Verrem. Minuisti maiestatem resp. sustulisti ius imperij.

cui facultatibus lapsę in reatu primi parētis, libera tm̄ vo-  
 luntas relicta est subsidiū salutis in CHRISTI piamento po-  
 site. Sed tamē si veniā sperare iis licebit q̄ in veritatis cōtu-  
 bernio educati & alti, ad veritatis scita atq; respōsa, quibꝫ  
 sacra scatet affluitq; doctrina, quibus sacrarū concionū lo-  
 ca quotidie circūsonāt, deniq; quę nobis corde sacrosanctis  
 cāticis quotidie inculcātur, auribus & occalluerūt: quid il-  
 lis nō sperādū esse dicemus qui abditis in locis, aut lōgissi-  
 me remotis a sacro cōtubernio degūt? Iā si eos quos ca-  
 sus aut nascēdi cōditio vel in exterioreis insulas, vel in cōti-  
 nētes abstrusas amādauit, eo nomine execramur ac despui-  
 mus q̄ CHRISTVM salutis auctorē parentēq; nō agno-  
 scāt, nec in fidē eius se cōferant, quę (malū) vecordia est in  
 eo nobis metipsis indulgere blādiriq; quasi ipsam sapiētiā  
 ipsūq; Dei filiū cœlestiū rerū æternarūq; potentē & arbi-  
 trū, in oculis gestemus & feramus? Quid enim hoc eos sub-  
 leuabit qui p̄ceptis eius non obtemperant, & eius doctri-  
 nę dictoq; audiētes se nō p̄bēt? Nos in cunabulis doctri-  
 nę salutaris lactati lustratiq; in sinu & inter vbera recte sen-  
 tiētis philosophię aliti (quod geminū est instrumentū ec-  
 clesię,) cuius auctoritate sanctissima de diuinis psuasio ni-  
 titur, ipsa insuper cōprobata elogiis tot iuratissimorū te-  
 stiū, qui non ex prisco ipsi more testādi cēsēdiq; ita sese ar-  
 bitrari, aut ita sibi videri, sed ita esse plane palā cum asse-  
 ueraret & cōtenderet (O magnā, o mirificā, o memorabilē  
 vim numinis) cupide quoq; fecerūt capite vt cauerēt, nos  
 inquā ea doctrina veritatis a pueris omneis p̄ ætates imbū-  
 ti, quo p̄textu eximi tantę noxę poterimus dirę detestan-  
 deq; ignorantie? Etenim per ipsum Dei filium, per ipsam  
 Dei sapiētiā, quid aliud nobis oracula sapiētię cum

(prisca, tum recentia, tum figurata, tum simplicia inculcāt;

- q̄ ¶ Facultatibus lapsę. Lapsus facultatibꝫ dicitur, qui ad inopiā decidit. Vlpia-  
 nus in titu. de magistratibus cōueniendis. Q; si idoneū exegerit: quis post  
 ea facultatibus lapsi sint tutores, nihil est quod ei imputet. Hic metaphori-  
 ce significatur calamitas gn̄is humani p̄pter peccatum primi hominis. Na-  
 tura enim longe imbecillior facta est: & imminuta suis viribus animi ad-  
 uersus sensus impetū. Sed salutis quærēde subsidium in crucis piaculo nos-  
 bis est diuinitus datum. Crux enim Christi omnia expiare potest: & nihil  
 inexpiabile in ea spem suam collocantibus.
- r ¶ Veritatis cōtuberniū est ecclesia & cōuētus piorū Christo militātium.
- f ¶ Aut longissime remotis. Eos significat qui in locis auis & in solitudi-  
 bus habitant.
- t ¶ In oculis gestemus &c. In oculis ferre, est p̄cipue amare. Cic. de aruspī-  
 cū responsis: de Clodio loquens homine sibi iniuso. Ferebāt (inquit) in ocu-  
 lis hominē qdā boni viri, & de me optime meriti: sed illi (vt ego arbitror)  
 furoris ignari, & in Philip. sexta. Oderat tū Trebelliū, cū tabulis nouis ad-  
 ue, sabatia fert in oculis: valde iā diligit. Terēt. Rex te ergo i oculis gestare.
- v ¶ Recte sentientis philosophiæ: id est orthodoxæ.
- x ¶ De diuinis persuasio: id est fides christiana.
- y ¶ Iuratissimorū testiū. Qm̄ testi q̄ruis graui non credit nisi iurato: ideo Iuratissi-  
 factū vt iuratissimꝫ p̄ fide dignissimo accipiat. Sic Plin. in p̄fat. Scito. n. cōse-  
 mus.  
 retē me auctores dephēdisse ab iuratissimis & pximis veteres esse transferi-  
 ptos ad verbū, neq; noiatos. Iuratissimos dicit eos quibus maxime credēda  
 oia fuerūt & cōmēdanda. Hic iuratissimi testes veritatis sunt Apostoli, & i-  
 qui martyres. i. testes veritatis, vocantur.
- z ¶ Ex prisco ipsi more. Tāgit hic morē antiquū. Cicer. n. in Tuscul. asserere  
 volēs academicū dogma, qd̄ sciētia sustulit: ita inquit. Q; si eos docuisset ali-  
 quis, quā vim habere diceret sciētia: nobis nō succēserēt, cū didicissent id  
 tollere nos quod nusq̄ esset. Quā rationē maiorū etiā cōprobat diligētia: q̄  
 primū iurare ex sui animi sentētia quęq; voluerūt: deinde teneri, si scies fal-  
 leret: q̄ inscientia multa versaret in vita. Tū qui testimoniū diceret, vt ar-  
 bitrari se diceret, quod ipse vidisset: quęq; iurati iudices cognouissent, ea  
 non vt esse facta, sed vt videri pronouissent.
- a ¶ Cupide quoq; fecerūt: optantes. s. pro Christo supplicium.
- b ¶ Capite autem cauere. est in se recipere cum obstrictione capitis. Plin. li. Capite  
 bro. xxxiii. Vidimus in cella Iouis canem ex ære vulnus suum lambentē. cauere.  
 cuius eximium miraculum, & indiscreta veri similitudo, etiam ex noua  
 satisfactione intelligitur Nam summa nulla videbatur: capite tutelariis  
 cauere pro eo, instituti publici fuit. Sic dicitur, vt Obsidibus cauere, apud  
 Cæsarem.
- c ¶ Eximi noxę: quid sit, in annotat. explicatum est.

quæ seculi, voluptatis, cupiditatis, captiones, fraudes, imposturas, blanditias, circūscriptiones & illicia vt vitemus, vt caueamus, vt prouideamus, vt auersemur? In tanta autem turba pestiū qua vita circūfessa est, nihil ipse perniciosius esse animaduerti cauillis, cōmentis, & sophismatis communis prudentiæ: quæ tanq̄ iuris humani sane prudens, & vitæ cōmodorum consultissima, audet ipsa sibi de omnibus ad hominē pertinentibus responsitare, eaq; fidenter statuere quæ pugnāt cum veritate, quæq; per diametrum opposita sunt doctrinæ sacrosanctæ. Quo in errore atq; adeo piaculo licet peruagante in nostro quoq; orbe cœloq; in hoc illustrato doctrina veraci & germana, quis non videt cōnuere & dormire plane, quasiq; assentiri publicarū excubiārū sumam, vt fidem forsan Academicam magis q̄ ratā & apostolicam agnoscere eos putes, q̄ caput ac decus pietatis esse deberent? Quo euenit, vt reptilis ille perduellis animorū internicio, disseminādis aliis atq; aliis erroribus & vitiis, quasi venenis per orbē spargendis pro arbitrio suo grassetur, quibus infectus utiq; ac perimbutus is sensus qui cōmunis dicitur, syncerum Dei cultum iustamq; religionem exiit & abiicit. Cum tamen legis diuinæ capite primo sancitum sit, hæc totam sibi animā ipsa, totam spiritū sedem, & vitæ deniq; totam officinam poscere, cum omni animi & mentis, & intellectus intentione. Conferamus nunc pedem cum veritate, & videamus an fieri possit vt qui Fortunæ numen aliquod esse putant, idq; propitiū sibi esse maximopere cupiunt, non aliquam Forti fortunæ arā in fano cordis sui erigant & cōsecrent. Atqui huiuscemodi sensu ii plane affecti sunt, qui in rationem vitæ accepta & expensa sub nomine Fortunæ censent esse referenda, & ( vt Pliniū verbis vtar )

qui vtrāq; paginam rationū humanarum putant eam face re, & hæc est pars hominum maxima, qui quidem aliquo sint numero atq; honore. Pergere porro, si libet, & æstimare perperse q̄ diuersa nunc vita sit a veritatis ac pietatis via.

- d ¶ Responsitare iuris est consultorū: quod a principibus Ro. honoris gratia consultis concedebatur. vt docet Pomponius in lege altera de origine iuris. Meminit satis ample Cic. lib. i. de orat. de more publice respōdendi apud Romanos. & in. iij. sub persona L. Crassi. Responsitare.
- e ¶ In nostro quoq; orbe: in Occidente.
- f ¶ Dormitare plus est q̄ cōnuere: de quo superius dictum est.
- g ¶ Publicarum excubiārū summā. i. ordinem pontificium: Senatū scilicet illum Romanū & purpuratum, cum principe ipso senatus: Qui excubias agere creduntur aut dicuntur pro castris dominicis.
- h ¶ Fides Academica, est labens, ac nihil sibi semel persuasum esse sinens. vt supra dictum est in enarratione Cataleptici.
- i ¶ Reptilis ille perduellis: id est hostis, cuius impetus sepiissime nos fallunt latentq;.
- k ¶ Legis diuinæ capite primo: primo mandato diuino.
- l ¶ Et vitæ deniq; &c. Officinam vitæ cor appellat: quia ( vt inquit Plin. ) prima domicilia intra se animo & sanguini præbet, in coq; mens habitat: & ceteris corruptis vitalitas in corde durat. Officina vitæ.
- m ¶ Conferamus nunc pedem cum veritate: id est, Accedamus nunc propius ad veritatem. quod græci dicunt: ἀμότε χωρεῖν τῆ ἀληθείᾳ. vt conferre capita. Liuius lib. xj. ab vrbe cond. Consules velut deliberabundi capita conferunt: colloquuntur. & conferre gradum, Virgilius in sexto. Conferre pedem. ἀμότε χωρεῖν
- n ¶ Vt qui non, id est quin.
- o ¶ ( Vt Plinij verbis vtar ) Plinius libro vndecimo, de fortuna loquens. Huic omnia accepta, feruntur expensa. & in tota ratione mortaliū sola vtrāq; paginam facit. id est: Quicquid accedit census homini, fortunæ acceptum refertur: quicquid decedit ac deperit, eidem fertur expensum. In antiquo. autem Bud. hæc plana fecit.
- p ¶ Aliquo sint numero: Numerus pro existimatione & auctoritate accipitur. Cice. ad Q. fratrem. Accensus sit eo numero, quo eum maiores nostri esse voluerūt. Sic Liuius, sic Cæsar vsi sunt. Cic. ipse in Verrem. Exponam quid hominis sit: vt istius nequitiam, qui eum secum habuit, eo præsertim numero & loco cognoscatis. Quin & verbum Numerare sic accipitur ab eo in finibus, his verbis. Idq; Socratem, qui voluptatē nullo loco numerat, audio dicentem, id est inter bona non ducit habendam. Numerus. Numerare.

nimirum stuporem hunc esse dirum fatebere hominū, non animaduertentium quantopere & mores & ritus a prisca sanctitate degenerarint: aut cum id satis ipsum per se in oculos nō intentos incurrat, in summa incuria dissolutoque neglectu spem veniē retinentium, immo vero (quod amentie instar est) susq; deq; fore existimantium vtro modo defungamur hac vita. Quū vero sapiētia illa qdē sponsa sit animi, sed supra modum morosa atq; fastidiosa, nisi animū humanū sese dare illa sibi bona fide senserit, totūq; se in sinū suū amplexumq; effundere, nec brachia ipsa sua pandit vicissim ad animū retinendum, fouendum, tuendumq;: nec (vt ita dicā) suauitādā se indulget, orisq; sui fragrantia inspirat. Quid igitur cū æmulā admissam, sibiq; ob oculos adductā tāq; pellicem videt Fortunę reuerentiā? quid inquā eā cōsulare tū putamus, & statuere de sponsalibus illis que lustrali lauacro cōtracta sunt? Nonne inde euenit, vt cum sponsa ipsa sponso nūciū remiserit, animus ipse quoq; fidei coniugalis oblitus, & abstractę voluptatis ecstasicaq; immemor, suas ipsam sibi delicias habere sinat ingratus & perfidus & ad fortuita consecrāda diuersum sese conferat? Hunc humanę mētis errorē, qui dicendo exprimere posse confidat, is erit ea fiducia, vt Echo quoq; pingendā suscipere sustineat, oculisq; hominū fugacem vocē repræsentare. Ostolam sapientię substrictam vndiq; & contractam, lacrimisq; carentem quibus reprehensari possit cum sese auertent. O lenē & prædulcem eius dexterā, sed perinde quoq; lubricam. Id adeo sic cognosces si rem animaduertentis quotidianam. Quotus est enim quisq; hominū quidem nō profligatissimorum, quin statim atq; rediit ad sese, sæculiq; vaniloquas sponsones æstimant, fortunę ludos specta-

uit, de monarchę vafricias, captiōes, decipulas, aucupia animaduertit & perpendit: (quæ tametsi astute & solerter cōcinnata sunt, ob oculos tamen ipsa statim incurfant mentis paulo intentioris.) Quotus inquam quin lachrymis præ lætitia agnitæ veritatis obortis, primū respicere se & ingerere, deinde sapientiam suspicere & admirari incipiat,

q ¶ In oculos nō intētos &c. id est: etiā si nō animaduertamus, tamē vltro oculis obuertatur. Sic Quint. in octauo. Nisi tā clara fuerint que dicem⁹, vt in animū eius oratio, etiam si non intendatur, incurrat.

Intendi.

r ¶ Susq; deq;. Plaut. in Amph. Que neq; sunt facta, neq; ego in me admisi arguit: atq; id me susq; deq; esse habiturā putat. id est, nō magnopere agro aio laturā. Susq; deq; fero vel habeo (vt inquit Gel. lib. xv.) verbū est e doctorū hoim sermone ductū: significatq; nō magnopere pendere: & interdum negligere. ¶ Lustrali lauacro: id est baptismo.

Susq; deq;.

t ¶ Ecstasis est affectus eorum qui mēte sunt emota: vt inquit Lactan. Quos Plin. mēte cōmotos appellat libro. xxiii. id est fanaticos. Datur (inquit) mēte cōmotis, & vertigine laborātibus. Græce ἑκστασις dicunt. Vnde ecstasticus dicitur, qui mēte facile cōmouet, Aristoteli in pble. Areopagita Dionysius ecstasin appellat abstractionē mētis a corpore, ad cōtēplāda celestia. que etiā anagoge dicitur. Sūma autē voluptate afficiunt, qb⁹ hoc diuinit⁹ datū est.

Ecstasis.

ἑκστασις  
μυοι.

Anagoge.

v ¶ Suas ipsam sibi delicias habere sinat. Alludit ad morē antiquū, & verba solēnia nūciū remittētū vxori: Repudiū emittētes ita dicebāt, vt i Plauti Amph. Valeas: tibi habeas res tuas, reddas meas. Iuben' mihi ire comites! Iup. Sanan' es! Si nō iubes: ibo ego met: Comitē mihi pudicitiam duxero. Verba sunt vxoris iratę. Simile illud Ciceronis in nobili illa Philip. Frugi factus est: illam suam suas res sibi habere iussit: ex. xij. tab. causam addidit exegit: cum mima fecit diuortium.

Repudiū  
quō fiebat

x ¶ Lubricā: id est, que retineri egre solet.

y ¶ Profligatissimorū: Qui. s. sunt deploratę salutis, obtortoq; collo a stygio lictore trahūtur. ¶ De monarchę: Sathanę demonum principis.

Lubricus.

z ¶ Et solerter cōcinnata. Cōcinnare (inquit Festus) est apte cōponere. Aliquū nescio quid subdolū denotat & captiosum. Plaut⁹ in Afinā. Auceps qñ cōcinnauit areā, effundit cibū: aues assuescunt. Columella cōcinnatorē capillorū dixit. Vlpianus in titu. de officio proconsulis. Nec adeo dissimulare, si quos caularū cōcinnatores vel redēptores deprehendat, oportet. id est δικορσάσις φος, συγκολλητὰς, ἐργολάβος. ¶ Suspicere: ἀρελέρπει: admirandos & venerandos ducere. Cic. offi. lib. secundo. Si cuius virtutem suspiciunt: & si quem dignum fortuna q̄ amplissima putant, & alibi sæpe.

Cōcinnare.

δικορσάσις  
φοι συγ-  
κολλητὰς  
ἐργολάβος  
Suspiciere  
ἀρελέρπει  
παι.



eiufq; amorem obferuatiãq; amplecti, fimul pauore perfun-  
 di ac ftupore ob præteritam hebetudinẽ. Verum o mifera  
 fors hominũ: hæc ipfa fapientie atq; ftultitie, erroris ac veri-  
 tatis fpectra, verèq; rerũ effigies, illico ex oculis animi fe p-  
 ripiunt, nifi fedulo contueri obftinaueris. Tum decedete vi-  
 fenda illa fpecie, fimulacra fuccedunt felicitatis & diuitia-  
 rum, corufcantia quidem illa & fplẽdida, fed inania, fed mẽ-  
 dofa, fed oculis fucum capitalem factitantia, & quibus ta-  
 men acies mentiũ præstringatur. Quo fit, vt clarius & per-  
 fpicacius in mundi caligine, q̃ in monumẽtis illis facrofan-  
 ctis videamus, quẽ duo lumina vitæ dirigendẽ habeamus,  
 ad fummi boni inueftigationem clare prælucentia. Nã ma-  
 iore quodam nunc fato, diuinaq; exuberante benignitate fa-  
 cefferent illæ nebulæ, quẽ cœli nobis adimunt liberum cõ-  
 tuitum: nemo iam vtiq; efferet etiã hoc ferreo fæculo, qui non  
 aduentitiã iftam felicitatem contenderet efferre meram cala-  
 mitatẽ, fortunãq; infortunium: nemo quin cunctas Fortis for-  
 tunæ copias, fuppeditationeq; illã circumfluentẽ, non tam ef-  
 fe viaticũ diceret & inftrumẽtũ adipifcendẽ infra fupra ve-  
 ræ gloriæ atq; immortalitatis, q̃ efferre materiam inertem, e-  
 vifceribus terrẽ erutã: atq; adeo ex officinis Horci (qui a di-  
 uitiis ipfe vtraq; lingua nomen habet ominofum & infau-  
 ftum) ad illigandos vtiq; & illaqueandos animos compa-  
 ratam: (eam enim ipfe capturam femper inhiat) quo deor-  
 fum fcilicet q̃ fufum magis vergat afpectus intentioq; hu-  
 mana, contra q̃ natura cõftitutum efferre. Huius fiquidem ma-  
 teriæ amore mentes humanæ captæ atq; perditæ, protinus  
 haufte errore ab ineunte etatula, vtpote tradito deinceps  
 per manus pofteris a maioribus, fanguis fuum a natura  
 fublatur & erectũ, in ordinẽ eo vſq; redegerũt animantiũ, vt

humani mores infra generofitatẽ quoq; brutorũ quorũdã  
 fe fubmiferint. tanta efferre tamq; dira affectuum impotentia.

- c ¶ Præstringantur: inde præftigie dicitur.
- d ¶ Clare prælucentia. Prælucente eius efferre qui facẽ præfert ad viã illuſtrãdam.  
 Tranq. in Aug. Cũ expeditione Cãtabrica p. nocturnũ iter lecticã eius ful-  
 gur præſtrinxiffet, feruũq; prælucentẽ exanimãſſet. Sic intelligo illud Cic.  
 in Salluſtiũ. Ego meis maioribus virtute mea fluxi. Plin. lib. xxiiij. Prælu-  
 cere p. præradiare dixit, & καταλάμπειν. Pulmone murino fi confricetur li-  
 gnum ardere videtur. vt faculã ita fluceat. ὡς εἰ ὑπὸ λάμπεα. Plautus anti-  
 que dixit lucere, pro prælucente: δαδ' ἔχειν. in Cafina. Primũ oim huic luce-  
 bis nouẽ nupte facẽ. Cũ accuſatiuo alibi in Perſa, allucere poſuit. Nequicq̃  
 tibi fortuna facem lucriſicam allucere volt. vbi perperam allicere legitur.  
 προφαίειν græci dicunt.
- e ¶ Diuinaq; exuberãte benignitate facefferet. i. ſi deus hoc daret, vt abirent.
- f ¶ Infra fupra: id efferre, in hac vita & in cœleſti.
- g ¶ Nomen habet ominofum: Ditem videlicet & Plutonem.
- h ¶ Ab ineunte etatula: a prima adoleſcentia.
- i ¶ In ordinẽ &c. In ordinẽ redigere, per ſe ſignificat, inter viles numera-  
 re: vt docet Priſc. qualiſq; intra claſſem ſuam continere: non eximium ducere,  
 honore eximio nõ dignari. Hic aut addidit, in ordinẽ animantiũ: id efferre, ſeſe  
 in brutorũ loco numeroq; habuerunt. Dicitur in ordinẽ redigere, & in or-  
 dinẽ cogere, apud Liuiũ. Profecto haud gratuitã in tâta ſuperbia comitatẽ  
 fore: nimium ſe in ordinẽ cogere. Seneca. Socrates eodẽ illo vultu, quo. xxx.  
 Tyrãnos ſolus in ordinẽ redegerat, carcerẽ intrauit. id efferre, deſpectui habue-  
 rat: vel ſaltem, honorem non habuerat eis.
- h ¶ Dirã affecti impotẽtia. Impotẽtia ſic latine dicitur, vt græce ἀνετέια. Ci-  
 ce. in Tuſcu. lib. quarto. Quã vim mali ſignificantes poetæ, impendere apud  
 inferos ſaxũ Tãtalo faciunt, ob ſcelera animiq; impotentiã, & ſuperbiloquẽ  
 tiam. Idem ibidẽ. Item inflãmant appetitione nimia: quã tum cupiditatẽ,  
 tum libidinem dicimus: impotentiam quandam animi a temperantia &  
 moderatione plurimum diſſidentem. Curtius. Itaq; impotens animi pcurrit  
 ad veſtibulum. id efferre, nimia & vecordi ira incitatus. Sic impotens poſtulatũ  
 pro improbo & violẽto dixit. Eſt. n. impotẽs, q̃ ſui cõpos nõ efferre, nec ſuẽ po-  
 teſtatis. Impos apud Priſcos dicebatur. Plautus. Eripite huic gladũ q̃ ſui  
 efferre impos animi. & Laetã de ira dei. Ne mētis impos aliqũ inexpiabile faci-  
 nus admitteret. Impotẽs amoris Tacit⁹: impotẽs letitiẽ Liui⁹. Cic. p. inſolẽ-  
 tia & ſupbia accepiffe videt, de Tãtalo loquẽs: vt Valer⁹ li. ix. ca. v. in princẽ.  
 Aliqũ impotẽs efferre πρὸς τὸν θεόν, ὑπὸ τῆς ἰσχυρίας, vt apud Traq. in Claud. Eq̃tẽ Ro.  
 obſcenitatis in foeminas reſuſ: ſed falſo, & ab impotẽtibus amicis cõſiſto cri-  
 mine. i. præpotentibus. Sic apud Tacitũ ſepe accipiſſi recte memini.

Prælucente

καταλάμ-  
 πειν.  
 ὑπὸ λάμ-  
 πειν.  
 δαδ' ἔχειν  
 Plau. loc⁹.  
 προφαί-  
 ειν.

In ordinẽ  
 redigere.

Impotentia.  
 ἀνετέια.

Impos.

πρὸς τὸν θεόν  
 ὑπὸ τῆς ἰσχυρίας

Quippe fere quis feroces, lustris contentę suis, generis sui  
 feris lustra nō inuidēt in vicinia, societate etiā gaudēt ple  
 req; inuicemq; se stipant. At nūc sic sunt mores, vt q̄ cuiq;  
 fortunatissimo esse cōtigit & copiosissimo, tā ille maxime  
 & in dies magis atq; magis fines cupiditatis proferat, soli  
 tudinē circa se faciat, ne vestigiale quidē solū in vicino sibi  
 agro cuiq; esse patiat. Verū esto, ita fert natura iā homi  
 nū deprauata, ita poscit rei faciēde augendęq; ratio, sic est  
 eorū cōditio q̄ patrimonia ista ampla architectant, vt quo  
 latius qsq; areā penatiū suorū metatus sit, quoq; altius eos  
 extruere cōeperit, eo maiora semp̄ amplioraq; subeāt, & p̄  
 futurorū instatiūq; meditatiōe p̄sentia sordeāt. hoc em̄ ppe  
 tuū est. Dāda his venia fortasse, quādo tā pronū est erratū,  
 tāq; natura iā degener procliuis in id vitiū, nec vllū extat  
 exēplū post auorū proauorūq; memoriā istorū cuiusq; q̄ cō  
 ditores gētilitatū esse meditatur, aut patrimoniorū cumu  
 latores, q̄ sibi q̄rēdi modū finēq; statuerit. Sit hoc sane quo  
 quo modo dignū venia. At etiā (o superi boni) palmare  
 idipm esse cōepit in vita ciuili, nedū deprecabile inter eos po  
 pulos q̄ vnū Deū colūt, & filiū eius CHRISTVM, benig  
 neq; charitatis auctore, erogationis suafore opū redūdā  
 tiū, beatos istos & affluētes a familia abdicātē, certe quidē  
 aditū cōlestis domiciliū aut nullū fore, aut perarduū testi  
 ficantē hominibus adeo suffarcinatis, sarcinis scilicet obru  
 tis celsū opulētorū. Atqui nulli iā frugi fere hoīes existimā  
 tur, nisi q̄ cespitē aliū atq; aliū agri finitimi agro suo soler  
 ter affodiūt rastellis quęstoris, sesquipedibus vicinorū in  
 dies ambitū & diū suarū laxius proferētes. Sane vero homi  
 nes Christiana comitate p̄diti, ac pie officiosi, qui pro eo vt  
 benigne passim egētibus faciant, vicinos, notos, amicos, &

nōnūq; cognatos ac gentiles ad auctiōnē coactos, a finibus  
 suis summouēt q̄ longissime queunt, quid aliud tādē q̄ au  
 ctoritāte ipsi ac fiducia legū circūscriptiōnes factitantes.

- 1 ¶ Solitudinem circa se faciat: vicinos. s. agros licitando & coemundo.
- m ¶ Vt quo latius quisq; aream penatium suatum meratus sit .i. Locupletis & copiose futurę gentis fundamenta iecerit.
- n ¶ Amplioraq; subcant. i. in mentem veniant.
- o ¶ Gentilitas quid sit, in annotat. enarratum est.
- p ¶ Nedum deprecabile. Deprecari est veniam poscere & p̄cę remissionem. Dep̄cari.  
 vt illud Verg in. xij. equidē merui, nec deprecor, inquit. Vtere sorte tua. &  
 illud Ouidij. Sępe pre: or mortem: mortē quoq; deprecor idē. Vnde depre  
 cari est rē ad impunitatē exposcere. Ἰταρτῆος gręci dicūt: hoc est, reatu  
 eximere: & deprecator, ὁ Ἰταρτῆος. Tacitus. Impetrabili venia, & para  
 tis deprecatoribus: si p̄cēniteret. Cice. Deprecabitur a nobis Hortensius: tū  
 etiā suo iure contendet, ne patiamini talem imperatorem: & reliqua. Inde  
 deprecabile er ratū dicitur συγγνωσόν: id est venia dignū: vt hic. cū alioqui  
 deprecabile sit ἐπιπύατον. cū etiā deprecor significet recusō, & postulo ali  
 quid non fieri. vt illud Liuianū in quarto belli Maced. in oratiōe Catonis.  
 At hercule nequid nouū in eas rogetur, recusant: non ius sed iniuriam de  
 precantur. immo vt quā iussitis suffragijs vestris legem, hęc vt abrogetis.  
 Est enim anthypophora: hoc sensu. A tenim dicit aliquis: scēminę nō hoc  
 postulant, ne in eas decernatis quod ius & æquū est: sed ne iniuriā a vobis  
 afficiantur. Gręce Ἰταρτῆος dicitur, & ἀπειχῆος.
- q ¶ Beatos istos abdicantem &c. Lucę. xvij. vbi diuitem camelo comparat.
- r ¶ Sarcinis. s. obrutis. Alludit ad animal sarcinarium.
- s ¶ Cespitem affodiunt. i. sensim fodiendo addunt suo agro.
- t ¶ Rastellis quęstoris &c. id est: cōtractib; emptionū in dies agrū suū augēt,  
 & vicini minuūt, paulatim ab inopib; agros q̄rētes. Est autē metaphora du  
 cta ab agricolis rapacibus, q̄ sensim plus arādo circūcidūt agros vicinos.
- v ¶ Sesquipedibus vicinorum &c. Sesquipedes appellat particulas deinceps  
 alias atq; alias a vicinis coemptas. Sesqui  
 pedes.
- x ¶ Sane vero: ironici est: vt illud Terētij. Sane vero, qa hę mihi semp̄ patēt  
 fores. ¶ Fiducia autem legum, ideo dicit: q̄ contractibus & pactis ciuili  
 bus videmus homines inter se fortunis euertere. Sane ve  
 ro.
- y ¶ Circūscriptiōnes factitantes. Circūscribere idem est quod decipere. Plin.  
 lib. vij. Vana mortalitas, & ad circūscribendā seipfam ingeniosa, computat  
 more Thracicę gentis. Et circūscriptor pupilli, luuenali, saty. xv. sic autem  
 dicitur circūscriptiōnes factitare, vt accusatiōnes factitare Cicer. dixit in  
 Bruto: pro eo quod est, delatoris officio fungi, & Tacitus de Annio Faustō:  
 Temporibus, inquit, Neronis delationes factitauerat. Factitar e  
 accusatio  
 nes.

Equidem etsi ciuiliſ ſocietatis intereſt rerū perſecutiones non denegari, ne iſtis quidē qui prædiorum inſanas congeries coagmentant malignis illi quidē commerciis ac rapa-  
 cibus, ſed ciuiliſ conceptis tamen: nō ideo arbitror ſi ad  
 diſquiſitionem ipſi hominū pietatis prudētium vocarētur,  
 vincere etiam poſſe huiuſcemodī contractuum actiones in  
 bonū & æquū charitate pia ſuffuſum vnq̄ conceptas eſſe:  
 quo iure haud dubie apud Deum diſceptabitur ſi elogiis  
 Dei diuorūq; credimus. At ventū eſt (niſi fallor) ad ſum-  
 mū impudētique, cū ſubſidiū cauſe a ſummo iure magis q̄ ab  
 æquo bono petitur. Certe nec aurea ſecula, nec argentea  
 eiuſcemodī inſtituta tulere: excedēteq; e terris iuſtitia, & in  
 cœlū remigrāte, tū demū iura ciuilia illa auaritię aucupia  
 capturaſq; iſtas pepererūt, ſpecioſos ſcilicet & amplos præ-  
 textus iniquitatis. Hęc em̄ recte æſtimātū videtur ſpoliādi  
 alterutrū licētia, ac legitima magis q̄ iuſta frugalitas, ob-  
 reſpiſſe cōuētibus hominū qui ſocietate ipſi cōtinēt morta-  
 liū inter ſe. Ita que inſtituta maiores noſtri ingenio præſta-  
 tes quaſi quaſdā ciuitatū cōpages poſteris reliquerāt, eorū  
 inſtitutorū traducibus ſenſim degenerātibus, eo res tādē  
 decidit, vt ex iure & legibus tū prophanis tū ſacris & pō-  
 tificiis, vberē iniuriarū legitimarū meſſem auaritia ſibi cō-  
 menta ſit aut naſta. adeo quicq; felicibus auſpiciis cceptū  
 eſt, id vt in deterius vergat natura fere cōparatū videmus.  
 Nā vita noſtra eo humanior eſt, quo longius ac diuerſius a  
 brutarū animantium aut hominū immaniū vita recedit: &  
 quo accedit propius ad æqui boni cultū atq; reuerentiā:  
 quod veluti glutinū eſt & coagmentatio humane charita-  
 tis. Ecque autem charitatis vnciola enaſci poteſt ex hiſce  
 deſpoliabilis hominum, niſi auaritia lege cohibeatur.

**m** His ex moribus olim Licinia lex Romę nata, ad frenādam

- a** **C** Ciuiliſ conceptis. i. ſecūdum formulas iure ciuili receptas.
- b** **C** Ad diſquiſitionē &c. hoc ſignificat: ſi de hac re rogarent ſententię priorū iudicum, & hominū euangelicę doctrinę interpretum. Sic Liuius. Sed nō quid ego fecerim, in diſquiſitionē venit: ſed quid iſti pati debuerint. i. non rogantur ſenatores ſententiā de meo facto: ſed de iſtorum ſupplicio. Idem. Nec tamen ab dictatore comitia ſunt habita: quia vitio ne creatus eſſet, in diſquiſitionem venit. Id ſuper ea re relatum eſt ad aruſpices vel augures. Tranq. in Cæl. Primo præturę die Catulum ad diſquiſitionem populi vocauit. In Nerone, ad diſquiſitionem ſenatus dixit. Cice. de Aruſp. reſponſis vſus eſt. Populārī diſquiſitioni ſimilis erat *διαφιλις* Athenis: cuius Demoſt. meminī. *ἡ δὲ εὐεργεσία* & *διαφιλις* verbū Xenophonti. *διὰ φιλοτιο.*
- c** **C** Conceptas eſſe. Concipere contractum, eſt formulam cōmiſci & perſcribere. Cic. ad Q. fratrem. Negat enim in tanta multitudine eorū qui vna eſſent, quēq; fuiſſe, qui vadimonii concipere poſſet, anteq̄ Trebatius veniret. Verbū eſt iuriſperitis vſitatū. Vnde actio ab ipſis, in bonū & æquū concepta dicitur, quę haſtenus perſecutoria eſt, quatenus boni & æqui ſines patent. De hoc verbo vide Annotationes. Aliud autem eſt æquitas ciuiliſ, & aliud æquitas euangelica charitate pia condita & temperata. *διὰ φιλοτιο.*
- d** **C** Diſceptabit. Diſceptare interdū ambigere eſt, & iudicio cōtēdere: interdū iudicare & arbitrari. quo modo meli⁹ hic accipit: nā diſceptator eſt arbiter. *διὰ φιλοτιο.*
- e** **C** Summo iure id eſt ſtricto & rigido: quę ſumma eſt interdum iniuria: vt dixit Comicus. *διὰ φιλοτιο.*
- f** **C** Inſtituta tulere. Inſtituta. *ἢ τὰ νόμιμα τὰ δὲ δὴνα.* Intelligit autem ritus eccleſiaſticos & canones. *μα.*
- g** **C** Iuſta frugalitas. Frugalitas ars eſt œconomica: & tñ q̄ſtuaria. Quę ciuiliſ virt⁹ eſt: habet. n. rōnes rei familiaris cōpoſitas ad augēdas facultates. *τα δὲ κα.*
- h** **C** Conuentibus hominum. i. ciuitatibus. *Frugalitas.*
- i** **C** Ita quę inſtituta, iura. ſ. ciuilia. *tas.*
- k** **C** Senſim degenerantibus. Iura enim in dies fiunt maligniora.
- l** **C** Deſpoliabilis hominū: contractibus. ſ. quę iuris gētium ſunt, & ciuiliſ: non naturalis, ne diuini quidem, niſi charitate temperati fuerint. Plautus in Bacchid. Ego ne vt celem patrem Piſtoclere tua flagitia, aut damna, aut deſpoliabula: id eſt ſcortationes & nequitias. *Deſpoliabilia.*
- m** **C** Licinius Stolo legem tulit, ne cui vltra quingenta iugera poſſidere liceret. in quam ipſe incidit. Plinius libro. xviii. Quippe etiam lege Stolo nis Licinij incluſo modo quingentorum iugerum: & ipſo ſua lege damna to, cum ſubſtituta filii perſona amplius poſſideret. Liuius libro ſeptimo ab Vrbe. Licinius (inquit) Stolo ſua lege decem milibus æris eſt damnatus: q̄ mille iugerum agrum cum filio poſſideret: emancipandoq; filium fraudem legi feciſſet. *Licinius Stolo.*

illam immodicam & solertem quęditorum cupiditatem: in  
 didem tabulę nouę ortę, & Sisachthia Solonis iuris ciuili  
 nis conditoris: vt leges nunc omittam pertinentes ad equa  
 tionem bonorum. Hęc enim veluti venenorum venena re  
 perta sunt: vt apud Hebręos annus remissionis. Quin vicis  
 situdinę quoq; reciprocantis rerum ortus interitusq; natu  
 ra constituit: quo magis mortales intelligerēt nihil esse tā  
 topere in rebus interituris admirandū & expetendum. Id cū  
 in inuentis hominū vsquequaq; manifestū est: tum vero qui  
 busdam in rebus mire accidit. Id quod si in vno docuero,  
 ad omnia pertinebit. Ex malis moribus leges bonas ortas  
 esse autumant, & verū est. Ecce tibi rursus mores pessimos  
 optimis ex legibus, vt iam sit in confesso (quod pace dictū  
 velim ordinis ius reddentis, cuius ea culpa non est) iudi  
 cialia fora, quę iustitię sunt officinę, esse tanq̄ Apodyte  
 ria hominum bonę fidei magis q̄ iurisprudētium. O mo  
 res: nonne vt nunc viuunt, auctore (vt ita dicam) pręto  
 re & velut arbitro Deo iudiciorum pręside, bonum & equū  
 subinde monumentis sacris commendante, formulari aucu  
 pio & coemundi licentię alienarum rerū interuersiones fi  
 unt: non in vnā alteramq; domū quasi in arces quasdā prę  
 donum legitimorū vnus propemodū vrbis agros, pigno  
 ra, prędięq; sæpe videmus auerti? Certe vt sit hoc legiti  
 mum & ciuile (id enim non inficior) nec iustum tamen  
 nec æquum est: aut si esse defendis, cedo quemuis arbitrum  
 eorum iuris interpretum quos inter diuos colimus. Hi mo  
 res, hęc instituta cum a iure gentiū oriūda sint: ius ipsū  
 gentium & naturale videntur perimere si exacte confide  
 rentur. Quę multa tandem voraces illę fauces auaritię, iu  
 ri naturali exemere & commercio populū, quę promiscuū

vsus esse deberēt: q̄ multa, q̄ varia eadē auaritiā rerū pene  
 nature abstulit: Romanorū inexplebilis cupidō iheritādī,  
 cū triū orbis sūmarū partiū ornamētū decusq; corrasisset,

- n ¶ Et Sisachthia &c. Sisachthia a Solone instituta: vt auctor est Pluta. in vita ep̄, & alibi. Latini tabulas nouas vocāt: ideo q; tabulę noīa significāt: vt Cic. in Topicis. Multū em̄ differt, in arca ne positū sit argētū, an in tabulis habeat. Inde illud prouerbiale eiusdē: Tabulis ob signatis mecū agis. Tabulę igit̄ nouę, gręce etiā *ξεωνοπια* dicit̄. & est publica nominū abolitio. Cic. in ij. de Offi. Tabulę vero nouę quid habēt argumētū: nisi vt emas mea pecuniā fundū, & eū tu habeas: ego nō habeā pecuniā: Idē. Capitalis est oratio ad æquationē bonorū ptinens: qua pells que potest esse maior.
- o ¶ Reciprocātis rerū ortus &c. id est: vt ortū interitū exciperet: & vice versa.
- p ¶ Ordinis ius reddentis: id est, Curię summe, & omnium iudicium.
- q ¶ Tanq̄ apodyteria ho. Apodyterium latine spoliariū dicitur, qualia sunt in thermis & gymnasijs & in fanis sacrosanctis.
- r ¶ Auctore pręto: verbum est iuris.
- f ¶ Formulari aucupio. Aucupari, captare est Cicroni: vt aucupari verba, in oratione p Cecinna: & auceps captator, in pri. de Orat. Ita tibi iurisconsultus p se ipse nihil, nisi Leguleius quidā cautus & acutus, pco actionum, cautor formularum, auceps syllabarum. Formula vulgo stilus dicitur.
- t ¶ Cedo quēuis arbitrum &c Elegans locutio, id est: alioquin per me licet, vt iudicē adeamus, & in arbitrum quē voles cōpromittamus, eorū quidē qui inter diuos relati sunt. Sic Terent. Postremo aut desine, aut cedo quēuis arbitrum. ac si diceret: vincā quocūq; iudice eorū, qui harū rerū cōsultissimi fuerūt. Cedo. i. dic. Terent. in Eunu. Quid ita, aut quid factū est, cedo. Cic. in Ver. Acti. iij. Cedo mihi vnū ex triennio pręturę tug, qui octupli dānat̄ sit. Aliquādo cedo idē est qđ da vel date. Plautus in capti. Cedo manū: manū inquā cedo actutū. Cic. pro Sextio. Cedo nūc cōcionē de me ad populū inimici mei: ad iudices loquēs. id est date: vt age pagite. φέρε δὴ dici possēt. Hoc etiā latine dicit̄: Fero tibi quēuis iudicem. id est: hac de re cuiuscūq; iudicio acquiescā. Cic. pro Roscio Comoedo. Quē ego si ferrem iudicē, refugere nō deberet: cū testē producā, rep̄hēdere audebit. Lilius in viij. ab Vrbe cōd. Prouoco ad populū: eūq; tibi fugiētī senatus iudiciū, iudicem fero. Gręce *καθίσταν δίκαστῶν* dicitur a Demosth. & Galeno. Illud igit̄ Terētij, Cedo quēuis arbitrum: gręce sic dici potest. φέρε δὴ, ὅτι ἂν ἐδωκὲς σὺ γέ, τῶν καθίστα δίκαστῶν, id est: ὅτι ἂν δώκῃ σοι, τῶν ἐγὼ γε ἐπιπέτω δικάσαν.
- v ¶ Ro. inexplebilis cupidō. Hoc ex Plinio intelligi facile potest lib. xxxiiij. ca. xi. & lib. xxvii. vbi triumphī Pōpeiāni meminuit. & ex Tranq. in Aug. Inuecta (inquit) in vrbem Alexandrina gaza, tantam copiam nummaris rei effecit, vt plurimū agrorum precijs accesserit.

Sisachthia.  
 Tabulę nouę.  
*ξεωνοπια*

Apodyterium.

Aucupari

Formula

Cedo.

φέρε δὴ.  
 Ferre iudicem.

*καθίσταν δίκαστῶν*

in patriā auertit laureatas p̄edas, easdēq; triūphatas con-  
didit. At his rapinis ipsīs quid aliud q̄ inundationis, incen-  
dii, direptionis, ruine deniq; suę materiā Roma congeffit  
& aceruauit? Quid enim illis opibus inusitatis publicis ac  
priuatis factū sit, quid fanorū donariis, qd basilicarū orna-  
mētis, theatrorū insignimētis, nullus hist̄oricorū ita pdi-  
dit, vt cōparere vsq; possint hodie. Finge stolidā illā pigno-  
rū suorū dispensatricē Fortunā, argumētosas rationū tabu-  
las olim relaturā ad ratiocinia Prouidentię prouinciatim  
ipsas distinctas, ac per singulas ætates, quotā tandē eā ex-  
pensorū partē Prouidentię approbaturā putabimus? quotā  
virtuti, probitati, doctrinę, æquitati tulisse antea expēsam:  
nūc quoq; laturā esse: quotā deniq; ex vsu vitę, e dignitate  
hominū, aut proportione meritorū? Age porro fac vt etiā  
rationē quādā maleficiorū prolatura sit: & perperā impro-  
beq; ablatorū. Vtrobī igitur inuētū iri putas maiore lucu  
lentiorēq; improbitatē, petulantia, indignitatē? Infeliciora  
ne hic nomina, an illic feliciora esse cēsebis? Vtrū illis ex  
tabulis illustrata plura nomina in bonā partē, q̄ ex his cō-  
pertū iri dices? Nū deniq; instituta p̄clara, & vitę adiu-  
mēta adminiculaq; plura, a fortunę beneficiariis prodita,  
q̄ ab iis esse defendes, quorū illa cōmodis cōsultū nūq; bene  
voluit? Nisi vero philosophiā naturę æstimatricē, numero-  
rū, proportionū, magnitudinū, dimētionū iudicem, quibus  
rebus artes mechanicę, omneq; degendę vitę instrumentū  
cōtinetur: deniq; differēdi magistrā, cōgrui, iusti, veri inda-  
gatricē & normā, sine qbus humanitas in homine nō esset  
fortunā alūnē esse cōtēdes, eiq; natalē suū debere. Equidē  
cōtēderim p̄nitēdā pluribus olim pudendāq; prosperā q̄  
aduersam & infestā fortunā fuisse, ac plerunq; peius de iis

in meritā, quos maximis atq; exuperatibus copiis augendos  
esse statuit: q̄ quibus vehementer incōmodare institit ac p̄-  
stitit. Mitto q; nulla eius deę beneficia rata sunt & ppria,

- z ¶ Laureatas p̄edas. i. a triūphatibus in ærariū inuectas. Laurea  
te p̄das.
- y ¶ Finge stolidā: facit hic Profopopoeiā: tanq̄ fortuna substantia sit aliqua,  
& potestas abstracta, a deo p̄fecta aduentitiorum bonorum dispēsationi,  
necessitati obstricta rationū referendarum ad celeste summūq; iudicium  
Prouidentię.
- z ¶ Argumentosas rationū tabulas: hoc est capaces & numerosas.
- a ¶ Prouinciatim &c. i. singularum nationum singulas rationes conficien-  
tem, sæculis etiam & ætatibus distinctas.
- h ¶ Approbaturā. Approbo est interdū idē: qd̄ probabile esse ostēdo, & vt p̄-  
betur facio. Tacitus lib. xv. Quāto laudabilius periturus, dū amplecti rēp̄-  
dū maiorib⁹, dū posteris, si vita p̄riperet, mortē approbaret? Sic Vale. li. vi.  
Lex tm̄ meos tibi p̄finit oculos, qbus formā tuā approbares. Verba sunt  
mariti ad vxorē. Id Cicero Probare solet dicere. vt p̄ Sylla. Si mei facti ra-  
tionē vobis, constantiaq; huius officij ac defensionis p̄baro. & pro Ligario.  
Qua in legatione, & ciuib⁹ & focijs se p̄bauit. & in Ver. Nō vereor ne hoc  
officiū P. Seruilio iudici nō probē. Hoc gręci p̄ verbū ἀρέσκω interdū di-  
cunt cum accusatiuo. vt Synesius. ἀλλ' ἔπει τὸ τοῦ ἡμῶν οὐκ ἀρέσκουμι,  
ὅτι ἐστὶ βλαβερὸν ἢ λῶον. Verū quādo his vobis nō satisfaciū? vobis hoc  
nō pbam⁹. i. hoc nostrū officij vobis nō placet. Et ἀρέσκουμαι σοι ἐγώ, idē  
est qd̄, tu mihi te pbas. Plato tm̄ ἀρέσκω pro placeo cū accusatiuo iungit.
- c ¶ Æquitati tulisse expensam. hoc est, æquis & bonis distribuisse: vel ita dis-  
tribuuisse, vt bonum & æquum erat. Approbo
- d ¶ Infeliciora ne hic noia. Huius loci est hæc sentētia. Vtrū tu existimatur⁹  
es, eos esse infelices qbus fortuna incōmodauit: p̄æut est eorū felicitas, qb⁹  
oia incepta secūdauit? & sentētia sequēs est hui⁹ interpret. Vult. n. innuere,  
ex maleficijs fortunę plura illata cōmoda, q̄ ex beneficijs. Inde illud Luca-  
ni in primo. fecunda virorum Paupertas fugitur: totoq; accersitur orbe  
Quo gens quæq; perit. Quod autē dicit nomina: alludit ad nomina tabu-  
larum: id est rationū capita. quo verbo Cic. in Verrem sepe vtitur. Probare.
- e ¶ Illustrata plura nomina. i. inclaruisse plures homines. ἀρέσκω.
- f ¶ Comperitum iri: id est, tandem inuentum iri. ἀρέσκου  
μαι &c.
- g ¶ A fortunę beneficiarijs: id est, ab alumnis fortunę.
- h ¶ Nisi vero philosophiā &c. Omnes partes philosophiæ enumerat, q̄ pri-  
ma philosophiā dicitur: rerum humanarum diuinarūq; sciētia cōplexa. Ferre ex  
penlum.
- i ¶ Eiq; natalem suum debere: id est, ab ea esse ortam.
- k ¶ Rata sunt. i. fixa & perpetua. Nomina.

quando in vtranq; partem numen eius anceps esse solet, idē  
 tidemq; versatile, nisi q; interdum maioribus ipsa fatis im-  
 pulsa, sic aleam suam moderatur, vt casus non euarient in  
 summam eius rei quam efficere laborat, votis etiam q̄libet m  
 improbis ampliores sint, omnemq; hominum insolentium  
 impudentiam arrogantiamq; superent. Inde illa historiarū  
 argumenta stupendis rerum inclinationibus conuersioni-  
 busq; intexta, varias euentorum species complexis secūq;  
 rapiētibus. πρότερον Græci appellant a fortuitis casibus.  
 Quibus in rebus legendis & recordandis accidit non mo-  
 do mira varietate oblectare animū, sed etiam fortunę admi-  
 rari commenta & solertiam, quę leuissimis interdum mo-  
 mentis summam rerum molitur huc & illuc, minutisq; car-  
 dinibus occasionum circūagit & versat scenam ( vt ita di-  
 cam ) mundi, quasi pro arbitrato temeritatis. Quoq; magis  
 mireris, nō serio hæc, non certo, non destinato, sed velut for-  
 tuito casitate alea ludibūdaq; tranfigit. vsque adeo sui sem-  
 per similis est improba, etiam quum fatis mundi vacat. Ec-  
 ce tibi ex multis ac multorum instar luculentum vnum ex  
 emplum. Nonne summa rerum mundiq; imperiū aliquā-  
 tis per stetit super acie nouaculæ ( vt est in prouerbio Græ-  
 corum ) anceps & ambigua in vnus hominis principatū,  
 atq; in populi Romani, anteq̄ imperiū summū Augustus  
 in se vno stabiliiuit? At in eam rerum nouationē ( superi im-  
 mortales ) quot, quantos, q̄ multifarios ludos fortuna sibi  
 hominibusq; edidit, cum pro amplissimo quodam teatro,  
 ludorumq; instrumento exuberante, imperiū fines copiasq;  
 haberet latissime patenteis? Ac ne gratuitam illam rerum  
 tantarum inclinationem ederet aut incruētam, nobile par  
 primum Cæsarem & Pompeiū duos alumnos suos, Sena-

tumq; ipsum & imperiū commisit : deinde Octauiū &  
 Antonium cum Bruto & Cassio tyrannicidīs. Tum vt va-  
 rietate maiore spectacula distingueret, scelera proscriptio-  
 nis, ac Triumviratus facinorosissimi nefas interposuit. Mit-  
 to Marianas Syllanasq; partes, mitto sanguinariam illam  
 ac congruam nefarii certaminis prolusionem.

- I** **¶** Maioribus ipsa fatis impulsā &c. Tale est illud Lucani in sexto, in perso-  
 na magē thessalę. At simul a prima descēdit origine mūdi Cauasarū series:  
 atq; oīa fata laborāt, Si quicq; mutare velis; vnoq; sub ictu Stat genus hu-  
 manū. tunc thessala turba fatemur, Plus fortuna potest.
- m** **¶** In summā eius rei: licet in quibusdā euariēt quę momētū summę rerum  
 inclinationis nō habēt. **¶** Cōuersionibusq;. Cōuersiones rerū maiores sunt  
 inclinationibus. vt sub Cæsare imperij popularis in monarchiā cōuersio. **Cōuersio-**  
 Cic. de nat. deor. A Platone didicerā, naturales esse quasdā conuersiones re- **nes.**  
 rum publicarum: vt ex tū a principibus tenerentur, tum a populis. **Inclina-**  
**o** **¶** Pro arbitrato temeritatis. Temeritas ( vt ante dictū est ) casus est fortuitus: **tionis**  
 quasi nulla impellēte causā incidēs. Nā πρότερον etiam temeritas est: hoc **Temerita-**  
 est. τὸ τυχόν συμβαμα. Strabo tñ de poesi Homerica loquēs, ita inqt. οὐτως **tas.**  
 πρὸς τὰς ἀλθέας πρότερον εἰς προσεπειθεῖ μῦθον. Sic poeta veris re- **πρότερον**  
 rum varijsq; euentibus fabulas insuper attexuit: hoc est, historię varietati.
- p** **¶** Anceps & ambigua: id est ἀμφότερον &c.
- q** **¶** Nobile par. quasi par gladiatorū: vt persistet in trāslatione theatri & ludo-  
 rū. Est. n. cōmittere gladiatores, cōponere ad digladiādū. bini. n. p̄ducebātur. **Cōmitte-**  
 Vnde fit vt & cōmittere sit συγχεθεῖν: id est mutuo irritare, & ad dissidiū **re.**  
 impellere: Tranq. in Calig. Nō cessauit ex eo criminari alterū alteri, & inter **συγχεθεῖν**  
 se oēs cōmittere. Senatū, inquit, & imperiū: quasi vnū athletā vel gladiato-  
 rem, cum Cæsare & monarchiā cōmisit: nedum Pompeiū.
- r** **¶** Duos alūnos suos. quos ad summū fastidium euexerat.
- f** **¶** Nefarij cert. plusionē. Prolusionē appellat cędes & scelera ppetrata Mario **Prolusio.**  
 post fugā Romā reuerso. quorū meminit Lucanus his verbis in secundo:  
 proh fata, qs ille, Quis fuit ille dies, Marius quo moenia victor Corripuit:  
 quātoq; gradu mors seua cucurrit: Nobilitas cū plēbe perit. Proscriptionē  
 etiā Syllanā, crudelitātēq; incredibilē: quā idē poeta descripsit. A cuius cru **Sullatus**  
 delitate Sullatario verbū fictū est a Romanis: vt Phalarizimus apud græcos, a rio.  
 Phalaride. Inde illud Cice. ad Atticū lib. ix. Syllaturit animus eius iandū Prolude-  
 & proscriptu rit. Proludere est certamen futurū meditari, & ad id se compa-  
 rare & confirmare: id est προαγωνίζεσθαι, & prolusio quasi præludium. Virgil. προαγωνία:  
 in tertio georgicorum. de tauro. Et tentat sese, atq; irasci in cornuā discit. **ζεῶδες.**

Arboris obnixus trūco, ventosq; lacessit Idibus, & sparsa ad pugnam pro-  
ludit arena. Sic Iuuenalis. Iurgia proludūt: sed mox & pocula torquet Sau-  
cius. Cic. in diuinat. Sin mecū in hac prolusione nihil fueris: quē te in ipsa  
pugna cū acerrimo aduersario fore putemus? Prolusionē illam orationem  
vocat de constituendo accusatore: id est, vter ad accusandum amitteretur:  
Cicero, an Cæcilius. Quoniam igitur post Syllā & Marium impulsā iā erat  
resp. & ad tyrannidē inclinata: prolusionem appellat eius quod peractū est  
n Cæsare & Octauio. Inde illud Lucani in. ix. in persona Catonis. Olim ve-  
ra fides Sylla Marioq; receptis Libertatis obit: Pompeio rebus adempto,  
Nunc & ficta perit: non iam regnare pudebit.

Ecce autem cum peractos ludos esse crederes, instauratitiū  
spectaculum inauditūq; adiectū, Octauii & Antonii partes  
diremptæ, atq; inter sese collisē. Tū indignitatis corollariū  
Cleopatræ accessio, Ægyptiq; scenę apparatus inusitatus  
atq; incredibilis. Hoc vltimū fortuna cum hilare, festum,  
bacchanale, comicum, & (vt ipse aiebat Antonius) inimi-  
tabile primum edidisset, ad extremum velut versatili scena  
calamitate, luctu, comploratione, exitu tragico, vecordiq;  
catastrophe cludit. Ita sub alma sua altrice ornatriceq; For-  
tuna veluti sub lanista, beatissimi illi viri & fortunatissimi  
quum diu ac multum variis orchestræ, ordinum, cuneorū  
studiis casibusq; ambiguis depugnauissent, omnes ad vnū  
præter Octaviū extremo casu in ruīnam præcipitem acti  
sunt. En tibi Fortunę fidem: en almæ nutricis indulgentiās  
& quisq; mentis compos, humanarūq; rerū prudens, audeat  
rebus secundis plaudere aut gratulari? Verū enim hæc &  
huiusmodi quæ grandia fata maioraq; dicuntur, ita in for-  
tunæ temeritate & in cœlestibus, vt vocant, Apotelesmatis  
sita esse cēseo, vt tamē in ipsis moderamen summū, aleq;  
præcipitis habenas teneat Prouidentia: cuius placitis ac decre-  
tis omnia ab ipsa creata vt subserviāt necesse est. Quid igitur  
(inquis) hos rerum euētus varietatesq; hæsisse in ge-  
nituris Cæsaris & Pompeii, omniumq; supradictorū cēses?

Ego vero vel in eorum genituris illam rerum nouationem  
extitisse, vel in ortu imperii Romani, & tanq̄ in natalitio  
fidere genii vrbis Romę: sed ita, vt fata quę in thematibus  
nascentium impressa sunt, imagines sint & simulacra, vel  
notę, vel vestigia earū rerum quas Deus mundi opifex iam  
inde a principio statuit & destinauit: vt sint sidera tanq̄  
tabulæ quædam índices consultorum Prouidentię. Hic  
si rogare pergas quid de Genethliacis auctoribus &

- z ¶ Instauratitium spectaculum: vt instauratitius dies ludis additus diceba- Instaura-  
batur. Macrobi. lib. primo. titius.
- v ¶ Inter sese collisē: in certamen commissæ. Hæc omnia melius ex Plutar-  
cho intelliguntur in vita Antonij.
- x ¶ Catastrophe. id est exitu & conuersione. Et catastrophe comœdię: est ter- Catastro-  
tia pars fabulæ ad iocundum exitum: vt docet Donatus in Andria. phe
- y ¶ Varijs orchestrę, ordinū, cuneorum, studiis: id est Senatus, equitum, & po-  
puli.
- z ¶ Natalitium sidus, est id quod conuersione cœli oritur eo momento, quo Sidus na-  
quis nascitur. A gręcis tum genesis dicitur, tū horoscopus: quasi horę na- talitium.  
talitię notatio: vt Cicero loquitur lib. ij. de diui. Eudoxus opinatur, Chal- Genesis.  
deis in prædictione & in notatione cuiusq; vitæ ex natali die, minime esse Horosco-  
credendum. Quæ etiam natalitia prædicta ibidem ab eo vocantur. Latini pus.  
genituram horoscopum dicunt: quia gręci genesim dicere solent. Vñ Trāq. Genitura  
in Vesp. Cum vulgo (inquit) crederetur, genesim habere imperatoriam.  
Firmicus genituram dicere solet: vt in tertio. Secundum hanc (inquit) ge-  
nituram dicere solet: vt in tertio. Secundum hanc (inquit) genituram, &  
secundum has conditiones stellarum, & secundum testimonia quæ huic ge-  
niturę perhibentur: etiam hominum volunt fata disponi. Thema etiam Thema  
vocatur ab eodem: quasi positio siderum: vt Tranq. in Aug. Verum geni-  
tura sua vix & cunctanter edita, exiuit Diogenes, adorauitq; eum. Tātam  
autem mox fiduciam fati Augustus habuit, vt thema suum vulgauerit: nūmumq; argenteum nota sideris Capricorni, quo natus est, percusserit.  
Thema est (vt ex obseruatione Ciceronis disci potest) id quod mathematici  
notant: quo modo, scœlum affectum sit, compositaq; sidera, cum homines Gene-  
animanteq; oriuntur. thlios &
- a ¶ Genethliacis aut: oribus. Genethlios a gręcis natalis dies dicitur: vnde genethlia:  
Genethliaci dicti Mathematici quorum meminit Cellius lib. xij. Qui & ci & gene-  
Genethliologi: quasi ex die natali fatidici. thliologi.

Apotelesmaticis sentiam, negabo quæ esse opinione mea<sup>b</sup> qui humano suoque ingenio harum rerum significaciones deprehendere exacte possit, posterisque inde theoremata tradere scientifica. Nec vero cœli vertiginem, ex earum multiplices stellarum vagarum posituras existentes & emergentes, necessitatem effectuum (quæ Apotelesmata vocantur) secum ferre atque agere tam libens concesserim, quàm esse euentus indices in placitis Prouidentiae positi. At vero impetus quosdam & igniculos in moribus humanis atque aptitudines inde cieri: rursusque motus ægros, inertias, torpores, remorasque innasci, vnde vel prona fiunt hominum ingenia ad actiones capeffendas absoluendasque, vel ab iisdem abhorrentia: haud absolum esse a ratione censeo, cum alioqui satis sint explorati planetarum effectus in corpora animantium. Vtrum autem fixa euentus necessitas ex placitis præscitisque Prouidentiae existens, vim afferat nec ne consilio arbitrioque humano: eorum est differere ac statuere, qui de ratione diuinæ potestatis disputant futura præsciscens: præscitaque destinatis nullo intertrimeto liberi arbitrii. Hæc enim & alia humano captu maiora, mihi non magno pere videtur inquirenda: cum certum sit intellectus humani ad actus permultos Prouidentiae percipiendos/perhebetè esse aciem ac caligantem. Nec id mirum, cum etiam ad cognitionem rerum naturalium, ingenium nostrum in multis cedat naturæ varietati. Abundeque esse censeo si mens humana sese noscitans, non ultra crepidam (vt aiunt) vniuersitatis iudicet dütaxat cum fiducia: sed de cœlestibus verecunde philosophemur ipsi & cate, ne si animus (vt est naturæ volucris) sublimè sese rapi sensim fuerit, in cœlūque subuehi insolenti cōtēplatione & erratica, longius ac latius mox expa-

diatur toto cœlo pererrando, vt est in Prouerbio. Sic enim, fiunt animi veluti erronei & expatiatores, cum se aure blandiēti rapiendos permittūt & ferēdos, vanitati vtique ipsi professionum assensum accommodantes, & quibusdam simul lacris veritatis seducti atque perlecti. Quod videns fortasse Socrates inter primos sapientum a præscis commendatus, Philosophiam e cœlo in terram deuocasse dicitur ad constituendos mores hominum publice & priuatim. Mihi vero casuum varietatem æstimanti videtur genius quidam stygius deterrimi ordinis, tartarei principis emissarius, euentus alex moderari ratione quadam stolidi ac turbida, quæ non nisi notha quadam notione animo, vt aiunt, concipi possit & intelligi. Quod perinde est ipsum, atque si tessere casus sua quadam ratione ferri dixerim atque agi

<sup>b</sup> ¶ Apotelesmaticis. Apotelesmata mathematica sunt effectus geniturarum & thematū: qui ab affectione cœli manant. Verbum Firmici in octauo. Vnde Apotelesmatici authores post Homeri ætatem dicti sunt: qui mathematici vocantur & Chaldei: vt auctor est Eustathius.

<sup>c</sup> ¶ Non ultra crepidam vniuersitatis. id est: non ultra ea quorum causas philosophia deprehendit. Alludit enim ad illud peruulgatum: Ne futor ultra crepidam. i. ultra ea quæ sunt sui artificij. Sic ultra crepidam vniuersi esse ea intelligit, quorum scientia excedit captum humanū. De quibus homines non nisi religiose debēt iudicium facere, & circūspēcte, atque hesitabunde.

<sup>d</sup> ¶ Sic enim fiunt animi veluti erronei: Sicut erronei serui dicuntur.

<sup>e</sup> ¶ Emissarius. Cice. in Verrem. Neuius Turpio quidam istius excursor, emissarius: homo omnium ex illo conuentu deterrimus. & in episto. vij. ad Marium scribens. Hic Simiolus animi causa me in quem inueheretur delegit persuaseratque nonnullis inuidis meis se semper in me emissarium fore. In illo superiore exemplo pro conciliatore furtorum ponitur: inquit Asconius. In hoc posteriore pro calumniatore & vexatore summissio & subornato ab inimicis. Emissarius hoc in loco pro satellite Orci in humani generis perniciem emissio, ponitur. Græce πρὸ γωλεῦς καὶ ὑπακισσὶς dicitur, & πρὸ γωρεῦς.

¶ Notha quadam notione: id est, nec germana nec legitima cogitatione & intelligētia. vt in annota. satis explicatū est in enarratione vocabuli Spuri.

Apotelesmatici.  
Apotelesmatici.  
Ne futor ultra crepidam.

Emissarius.

πρὸ γω  
λεῦς, ὑπα  
κισσὶς πρὸ  
γωρεῦς.



cum nec stas ipsi nec certas vices habeant. Siquidē illic  
 experientia docemur, in re quoquo versus accipiti, esse ta-  
 men aliquid vicissitudinis reciprocationē ferme constitutā  
 habētis, vicissimq; fere colludētis aleatores exhaustos tute  
 ibi videas & copiosos. Quid ita? nimirum desultorio numi-  
 ne Fortunæ nunc in hunc/nunc in illum alternis decūben-  
 te: & vim esse quandam occultam casitantis aleæ impultri-  
 cem oporteat, aut cohibitrice, quæ casus suapte natura in-  
 certissimos a ratione; alienos, ratione quadā irrationabili  
 moderetur & regat. Hunc ipsum geniū rerū fortuitarū eue-  
 ta ratione pene eadē moderantē (quatenus quidē p̄ Proui-  
 dentię patientiā licet) ignoratiæ humanę obrepisse quon-  
 dam exultimo, ac sub Fortis fortunę nomine in deorum sese  
 numerū honorēq; adoptasse. Qui cū se p̄sidentem potentēq;  
 earū rerū fecisset quæ vulgi opinione pertinere maxime vi-  
 debātur ad beate viuendum, opinionē diuinitatis actutum  
 tā pertinacem collegit, vt deorū tandē simulacris ac delu-  
 bris euerfis, eorūq; cultu ex hominū mente absterfo, nunc ta-  
 men numinis pene vice habeatur ipsa a multis, arrogetq; si-  
 bi opinionē auctoritatēq; Prouidentię. Ac cū multi quidem  
 sint in vita obices veritatis perspiciendę, tū vero huius deæ  
 præstigiæ tantam stuporis caliginē ob oculos mētis offun-  
 dunt, vt hominū iudicia plerūq; hallucinentur in arbitratu  
 operū quę ab eius officinis exeūt, quibus ab ipsis videmus  
 sepe homines antea squallidos, sordidos, egenteis sesquian-  
 no ita perpolitos in mediū prodire, vt tum splendore & lau-  
 titia cultus atq; cōiuctus, tum auctoritate atq; existimatio-  
 ne, elegantissimū quēq; optimatiū superēt antiquæ frugali-  
 tatis. Nunc si altrinssecus statuas quę sinistrā in partē ab ea  
 de designātur summa indignitate, ad deletionē vsq; (prope

dixerim Virtutis, bonorumq; & grauium deiectionem, ni-  
 hil utiq; fiet propius q̄ vt vultuose ac subacerbe mirere cō-  
 niuentiam Prouidentię in tanta improbitate, Adraſtiamq;

- s ¶ Cum nec stas &c. Status pro constituto recto & fixo accipitur. Lilius. A Volscis & Equis statum iam & prope solē in singulos annos bellū gerebatur. & Cic. de responsis Arusp. stas solēneq; ceremonias dixit. Ipse tamen frequētius statutū dicit: vt Curtius vbiq; πεταγμῶν dicunt, & stas vicibus aliquid facere, ὅν τὰξια κρίειν dicitur, & ἀπρεταγμῶν.
- h ¶ Aleatores exhaustos: hoc est, cū alea aduersa ē, pecunia egētes & exuſſos.
- i ¶ Desultorio numine. Desultorium dicitur identidem ab alio in aliud cōmeans, & instabile. Translatum est a desultoribus equitibus, quos gręci amphippos appellat. De quibus Lilius ita inquit lib. iij. de secundo bel. Pun. Nec omnes Numidę in dextro locati cornu: sed quibus desultorum in modum binos trahentibus equos, inter acerrimam sepe pugnam, in recentem equum ex fesso transsultare mos erat.
- h ¶ Actutum: id est confestim.
- l ¶ Deorū cultu ex hominū mente absterfo: post Christi scilicet ceremonias admissas prorsus, & explosum nomen deorum.
- uu ¶ Offundunt: id est circūfundunt. Cic. in finibus. Vt obscuratur & offunditur luce solis lumen lucernæ.
- n ¶ Ab eius officinis &c. Officinę fortunę sunt aulici ordines, & collegiū eorum qui grarij summā habēt in potestate: aut qui primas & secundas partes habent in ea parte reip. Aut qui in interiore aula inclaruerunt auctori- tate: aut qui gratia flagrant apud principem.
- o ¶ Perpolitos: respondet vocabulo officinę.
- p ¶ Altrinssecus: id est ex altera parte.
- q ¶ Designatur: hoc est, κεινοτομοῦν τὰ, νεωπεριζον, κεινοτομοῦν: id est, in dies alia atq; alia edunt & fiūt. Sic Horat. i. epist. Quid nō ebrietas designat? operta recludit, Spes iubet esse ratas, ad prælia trudit inermem. id est: quid non facit noui? quid tā nouū q̄ quod ebrietas efficit? Sed enarratores male intellexerunt. Quod verbum in Annotat. satis explicatum est.
- r ¶ Nihil fiet propius: id est, parum admodum aberit. Cic. pro Cluent. Nec quicq; propius est factum, q̄ vt illum obtorto collo ad subsellia reduceret. Et ad Q. fratrem. Propius nihil factum est, q̄ vt ille occideretur. Quod gręci dicerent: ἦδ' ἀ τοσούτων ἦλθεν ἀποδωνεῖν, & παρ' ἐλάχιστον ἦλθεν ἀνερε- θῶσα, & παρ' οὐδὲν ἐγγύετο.
- f ¶ Adraſtiamq; illā. Adraſtię in superioribus meminimus. Hoc in loco p̄ ira diuina accipi potest. Antiqui deā esse finxerūt supbię & impotētię vltri- cem. Amianus. Eusebiū ab ima sorte ad imperatoriā vsq; elatū, ideo intole- rabilē: humanorū spectatrix Adraſtia, aurem (quod dicitur) vellens, admo-

Status.

πεταγμῶν, ὅν τὰ ξια κρίειν, ἀπρεταγμῶν.

Desulto- rium.

Amphip- pi.

Actutum

Offunde- re.

Officinæ.

Altrifec.

Designare:

κεινοτο- μῶν, νεω- περιζω.

Nihil pro- prius fieri.

ἦδ' ἀ το- σούτων &c.

παρ' ἐλά- χιστον &c.

παρ' οὐδὲν Adraſtia.

Vrnam  
mouere.

nenſq; vt caſtigatius viueret: reſuſcitantem præcipitem tãq̃ è rupe quadam egit excelfa. Hæc propterea vrnam iudiciorũ mouere dicitur apud ſuperos id eſt, diuinã iuſtitia ciere ad animaduſionẽ ſceleratorũ & inſolentia præditorum. Vrna enim excuſſa, ſorte exeunt cauſe in iudicium deducendæ: & iudicium fit fortitio. Virgilius. Quæſitor Minos vrnam mouet. & Iuuenalis: improba quibus Gratia fallacis Prætoris vicerit vrnam.

illam præuaricationis ſummiffim inſimules, cuius (vt antiquitati placuit) munus eſt vrnam mouendi apud ſuperos, cũ res ad ſummũ euaserunt indignitatis. Qz ſi viciffim cogites inſitorem illum repræſentatæ felicitatis genium, tyrannũ arcis ſtygię, eundem etiam eſſe æternę diręq; calamitatis conciliatorem, tute utiq; protinus contractã illã frontem, triffitięq; nubilo cõductã, ſubeunte animi æquitate differenaris, atq; in veritatis agnitione acquieueris, errorisq; dignotione, iucunda quidem ipſa & ſpei bonę te implete. Nam quo tandem mihi bonorum iſtam redundantiã? non enim tantum inſtrumentum nobis opus eſt, ne commodum quidem fortaffe ad vitam ex ſententia animi noſtri agendam. At multa deſideramus, quis negat? num quis eſt tandem qui nullo deficiatur omnino? ſed vtrũ animi recte inſtituti eſſe cenſes omnia poſcere quę deſiderat? Qz ſi ea tñ mihi poſcis quę neceſſaria ſunt & magnopere conducentia, vide ne iam meſuram impleuerit Prouidentia, & quod deſiderare me cenſes, auctarium ſit plane iuſti cenſus, atq; eius quod ſatis eſt additamentum. Sin etiã quę ſunt quoquo modo commoda, vide vt ius æquũq; poſtules qui immenſum quid animo complectare, a CHRISTOq; Seruatore delicias expetas, qui nec ſibi pepercit, nec aſſeclis iuratiffimis. Proinde ſinamus Prouidentiam vt ſuo arbitratu, nec aures eius tantopere fatigemus ob earum rerum deſiderium quæ inter bona malaq; ambigua ſunt.

Deſinamus queri ob ea nobis vel negata vel ablata, quorum iacturam pro nihilo ſemper duxerunt animæ ille beate, quas Deus in ſupplementũ legere conſtituit legionum ſupernarũ. Tametſi quis ſcit an hæc rerũ aduerſarũ conflictatio, pars ſit animaduſionũ diuinarum, quarũ ſemũcię ſingulę repræſentatę, & vel æquo animo vel certe obſequẽtulo exceptę, expungere totidem talenta mulctę grauioris poſſunt iis qui inter ærarios apud Deum relati ſunt?

f ¶ Summiſſim inſimules. Summiſſim autem inſimulare eſt religioſe ac timide inculcare iuſtitiam diuinam, quaſi procraftinatem in animaduſione tantæ iniquitatis atq; indignitatis: Adraſtiamq; ipſam vrne cuſtodem, quaſi præuaricantem in excitanda ſeueritate diuina, cum res ad ſummũ indignitatis euaserunt.

v ¶ Inſitorem; id eſt venditorem.

Inſitor.

x ¶ Nam quo tandem mihi &c. Figurata locutio.

y ¶ Neq; cõmodum quidem &c. Quia tantis parta malis, cura maiore metuq; ſeruantur.

z ¶ At multa deſideramus; id eſt, multa nobis deſunt.

a ¶ Quæ deſiderat. i. quibus caret.

b ¶ Auctarium eſt quod liberaliter additur ad meſuram exactam. quod & Auctarium ἐπιμεινον & corollarium dicitur. ἐπιμεινον

c ¶ Vide vt: id eſt, ne non. Terent. Vide vt ſatis contemplata ſis. Liuius. Corollarium. Etiam atq; etiam videte Ætoli, vt ita permittatis. Cic. Et tamen vereor vt ipſis contentus ſit. Vide vt.

d ¶ Nec aures eius tantopere fatigemus. i. ne ab ea magnopere poſtulemus.

e ¶ In ſupplementũ legionũ ſupernarũ: Quę exhaustę ſunt lapſu dæmonũ.

¶ Pars ſit animaduſionũ. Pars hic pro initio ponitur. vt eſt illud Virgilianũ. Pars mihi pacis erit, dextrã tetigiſſe tyrãni. Celfus. Parsq; ſanitatiseſt, vomitũ eſſe ſuppreſſum. Cic. in Philip. Mors in beneficij partẽ numerẽ.

f ¶ Repræſentatę: Ante mortem pertoleratę.

g ¶ Expungere; id eſt delere & abolere.

h ¶ Inter ærarios apud Deũ. Inter ærarios relati apud deũ ſunt, qui ob ſecus admiſſa ex ciuũ ſærorũ numero eieci ſunt: quiq; ignominia apud deũ notati. Cuiusmodi eſſe dicimus, qui rei capitalis colicij ſibi ſunt. His em̄ aiunt in eccleſia ſtipendia nõ pcedere: hoc eſt, merita eccleſię nõ prodeſſe ad ſalutẽ. Ærarij em̄ q̄diu erãt homines, Romę ciuũ iura non habebãt nec in albo centuriarũ ſcripti erãt: ſed tñ tributũ inter ciues pdebat. Eratq; id genus mulctę ignominioſum: vt in Annota, dictũ eſt, in mẽtione cẽturiarũ ani

Ærarij.

κατάδικος  
καί

mauerfionū. Liuius lib. iiii. ab Vrbe. Censores ægre passi, Mamercū q̄ mā-  
gistratum Po. Ro. minuiſſet, tribu mouerūt, octuplicatoq; cenſu ærarium  
fecerūt. Hi a græcis multipliciter dicūtur: vt in loco ſupradicto Annotat.  
dictum eſt. Vno tamen modo κατάδικος dicuntur: id eſt damnati. Hi cū  
in integrū reſtituūtur, ex ærarijs exempti dicuntur, & expuncti ex ærarijs.  
Sic ex ærarijs expuncti ſunt apud deum, qui eccleſiæ reſtituti ſunt per ex-  
piationē legitimæ poenitentię. Ærarij autē Athenis erāt, qui mulctę pecu-  
niarię publicę erāt debitores: interimq; ignominia notati erant.

Mihī autē videtur planus ille reptilis rerū ancipitiū euen-  
tis ita ſe immiſcere, vt ſolet ex fulminis delapſantis impe-  
tu anſam ſibi arripere ad perpetrāda maleficia, interdū tā  
ludibunde, vt plauſum atq; riſum præſtigiārū captare vi-  
deatur, cū interim ad necem vſq; præſentiſſimā graſſari per  
ludibriū ſpeciem teterrimus genius nō dubitet eccleſiaſtici  
fanī depeculator. Hinc heſitantia interdū, hinc ſtupor, hinc  
labans perſuaſio, cū mens humana rationē inire nequit ea-  
rū rerū quas caſuū varietas quotidie nobis edit. Verum &  
ratione & experimēto cognitū peneq; perſpectū habemus,  
licentiorē illā petulantia ſubſtātiarū proſtigatiſſimarū, iis  
locis ſeculiſq; vaſcere maxime, ex quibus innocentia fide  
ſubnixa abſceſſit longiſſime. eius enim rei exēpla comperi-  
mirifica, idoneis documētis testimoniūſq; confirmata. Quā  
quid nos tādem vetat exiſtimare quēdā fulmine tum feriri  
corpora & necari, cū animorū intereſt e corpore eos migra-  
re: teterrimoq; hoſti nihil iuris eſſe in animū, cuius ipſe do-  
miciliū perurit? Quid qui intēperiiſ agūtur precipites & fe-  
rūtur, a furiſq; illiſ ſtygiis diuexātur & maniſ, nōne mani-  
feſtā cauſam habēt oculiſq; ſubiectā? Quibus velut e lociſ  
argumēta ducere nobiſ licet ad ſuſpectāda metuendaq; ho-  
ſtiſ tā ſolertiſ q̄ inſeſti machinamēta, qui rationē humanā  
quaſi arcē animi expugnare peruigilibus inſidiis diſturba-  
re; conatur, indeq; cōſtātiſ perſuaſionis de diuinis reb; &

f æterniſ p̄ſidiū deducere. Huic quietiſ humanę ſolicitatori.  
t acroama nullū iucūdiū eſt q̄ hoīſ quiritatio immodica &  
mētis impos, frendētis atq; fremētis ob fortunę iniquitatē

- i **Planus ille.** i. impoſtor & deceptor. Planus.
- k **Vt ſolet ex fulminis.** Fulmina enim videmus homines animanteſq; ne-  
care: incendiāq; in ædificijs & ſacriſ & profaniſ inferre.
- l **Plauſum captare,** id eſt aucupari & quærere: vt præſtigiatores ſolent a co-  
rona circūſtante. Cic. in. ij. Tuicul. Amplitudinem animi rem eſſe pulcher-  
rimam: eoq; pulchriorem, ſi vacet populo, neq; plauſum captans, ſe tm̄ ipſa  
delectet. Quintilia. in. iij. Illa vero frigida eſt & pueriliſ affectatio, vt ipſe  
transitūſ efficiat aliquam vtiq; ſententiam, & huiuſ velut præſtigie plau-  
ſum petat.
- m **Hinc labans perſuaſio:** hoc eſt, parum firma fides.
- n **Subſtātiarū proſtigatiſſimarum:** hoc eſt Larium perditiffimorum. Cice. Proſtigat  
pro Archia. Nunq̄ me pro ſalute veſtra in hoſ proſtigatores hominum  
impetus obieciſſem. tus.
- o **Cuiuſ ipſe domiciliū:** corpus ſcilicet.
- p **Et maniſ.** Manie (inquit Feſtus) appellant̄ deformiſ turpeſq; perſone. Manie.  
Laruæ & Manie dictę ſunt manes deprauati: inquit Martianuſ in ſecūdo.  
Manie pro noxiſ ſpiritibuſ hic ponuntur, qui hominū corpora præcor-  
diaq; ſubeunt: qui ob id κακοδαίμωνωντεις dicuntur: hoc eſt malo dæmone  
perciti & fanatici. κακοδαίμωνωντεις
- q **Disturbare:** id eſt euertere & diruere.
- r **Conſtātiſ perſuaſionis &c.** id eſt fidei. Fides autem & Chāritas præſidium  
eſt animi: vt militeſ arcis cuſtodeſ.
- f **Solicitatori.** Solicitare eſt turbare, & in ſeditionē ipellere: id eſt διασα-  
σινίαν. Liui. Nec ſolicitare quietę ciuitatiſ ſtatū. Pauluſ de extraord. cri-  
minibuſ. Solicitatores alienarū nuptiarū, iteq; matrimonioſ: interpellato-  
reſ. Significat etiā inſeſtare. Celſuſ de diſtillatione loquēſ. Præterq̄ ſi iſta ve-  
hemētiſ aliquē & diutiſ ſolicitare cōſueuerūt. Alibi inſeſtare p̄ eodē dixit. Solicitare  
διασα-  
σινίαν
- e **Acroama nullum.** Acroama, ad verbū auditionē ſignificat. Sed a noſtriſ  
plerūq; pro feſtiua & iucūda narratione accipitur: atq; etiā pro homine  
acroama pronūciante vt apud Tranq. ſæpe. Cic. pro Archia. Cū ab eo que-  
reretur, quod acroama aut cuiuſ vocem libentiſſime audiret: eiſ inquit, a  
quo ſua virtuſ optime prædicaretur. Acroama pro Voce poſuit & narra-  
tione. Alibi pro Sextio poſuit p̄ homine. Ille ipſe Ludiaſ (inquit) nō ſolū  
ſpectator, ſed actor & acroama. Et in Ver. Hic quaſi feſtiuū acroama, ne ſine  
corollario diſcederet, ibidē emblemata auellenda curauit cōiuiſ ſpectanti-  
buſ. Hic autē Budæuſ acroama pro voce & ſermone poſuit. Ita enim dicit̄  
acroama ab audiēdo, vt theama, i. ſpectaculum, a ſpectando.

nullum spectaculū gratius atq; oblectabilius, q̄ hominem  
 spectare ita conflictatē in impatientia, vt & rationis frenos  
 comordeat incōposite, & Dei reuerentiā exuat. Quippe qui  
 videat & gaudeat conatus suos procedere, & veluti trium  
 phet exultatione ob rationē animo virili excussam aut ex  
 tortam. Nihil vero inuidiē ille conditor ac parēs tā homini  
 inuidet, q̄ summi boni spem adipiscēdi facultate sua instru  
 ctā, diuinę indulgētīe adminiculis erectā, quas Gratias vo  
 camus: quā sibi scit ita esse precifam, vt ne ad optandū qui  
 dem illud inducere possit animū perditissimū. Itaq; æstime  
 mus q̄ deploratę sit sortis ita vndiq; circūuentum esse ab  
 rupto vecordiæ & desperationis, vt omneis in exitium tra  
 here ac rapere secū quisq; malit, q̄ cū omnibus seruari. Ex eo  
 deinde expendamus immanitatē hostis, & malevolentiam,  
 tot nocendī artibus succinctam, & ad internicionem gene  
 ris humani instinctam iam inde a primordiis rerū. Statua  
 mus igitur id quod omnino debemus, rationē atq; noxam  
 illā Stygiam, quasi par vnū in arena haud inique cōparatū  
 ac cōmissum, a Deo Prouidentiaq; vtriusq; conditrice spe  
 ctari, & audeamus postea conqueri, aut queribunde memi  
 nisse rerum minus secundarum. Proinde quodnā operæpre  
 cium ex labore sperandum relinquatur, si aduersarius me  
 transmissio ad alios impetū suū cōferat, vt in fraudē tandē  
 incidā premiū nō emerit. At vero summi boni quærēdi cō  
 sectādiq; volūtātē nō natura atq; ingeniū sensuum, sed ani  
 mus ratione adminiculatus nobis cōciliare potest, etiam si  
 igniculos ipsa natura dedit sensibus qbus anima incēditur  
 ad salutis inquisitionē. Nam iis ipsis igniculis sensus vtun  
 tur absurde plærunq; & præpostere. Siquidem cum eos ve  
 lut stimulos natura vniciq; animanti ingenuisset ad sum

mum bonum expetendum generis cuiusq; suum, in brutis  
 ipsa tenorem suum non temere abrumpit, in genere hu  
 mano nō item seruat inoffensum ingenium, sibiq; semper  
 similem impetum ad id bonum vestigandum & perse  
 quendum. Etenim difficilius id fuit seruari pertinaciter in  
 hoc animalī gemino, id est in homine. Qui tametsi ipse cō  
 muni animantium sorte singularis nascitur, tamen ætate  
 procedente euadit in geminos, nisi (quod raro fit) natura  
 in eo aberrauerit, & alter est intestinus, alter externus homo

- v ¶ Ut & rationis frenos comordeat. vt equi contumaces & præferoces: ob  
 id græce ἀφωιάζοντες dicti. Frenos cō  
 mordere.
- z ¶ Facultate sua instructam: ratione scilicet & arbitrio. ἀφωιά  
 zεν.
- y ¶ Animū perditissimū. ἢ θυμὸν & voluntatem.
- z ¶ Deploratę sortis: id est perditę & desperatę.
- a ¶ Abrupto vecordię. Abruptū est qd descēsum nō habet, sed tm̄ scipitiū. Abruptū  
 Sic Liuius, Omnibus inter victoriā mortēq; certa desperatione abruptis.  
 Cyprianus, A recto limite veri auersi, per præceps & abruptū criminū suo  
 rum nocte atq; die rapiuntur. græce. ἀποκρηκνον ἢ ἀπορμον dicitur. ἀποκρη  
 κνον.
- b ¶ Artibus succinctam. Succinctam, instructam & munitā. Cic. de Cartha  
 gine. Succincta portibus, armata muris. Liuius lib. j. de secūdo bel. Punic.  
 Viā vnā ad bellū cernēs, si ex bellis bella serēdo, succinctus armis legiōibusq;  
 viuat. Pl. i. Paneg. Frustra se terrore succixerit, q̄ septus charitate nō fuerit.
- c ¶ A primordiis rerum: hoc est ab orbe condito.
- d ¶ Quasi par vnum: athletarum. i.
- e ¶ Et audeamus. Modus loquēdi Ciceronianus: quasi dicat: Quis erit q̄ audeat  
 f ¶ In fraudē, id est pœnā. Terent. Ah vehemēs in vtrāq; partē Menedeme  
 es nimis: aut largitate nimia, aut parsimonia: in eādē fraudē ex hac re atq;  
 ex illa incidēs. Ponitur etiā pro crimine. Cic. de diuina, Est enim periculū,  
 ne aut neglectis his rebus diuinis, impia fraude: aut susceptis, anili super  
 stitione obligemur. Vlp. in tit. de æd. edicto. Capitalē fraudē admittere, est  
 tale aliqd deliq̄re ppter qd qs capite puniēdus sit. Verbū frequēs apd antiquos.
- g ¶ Igniculos. i. fomites atq; icitamētū. græce ἐμπύρομα, ἐναυσμα, ἢ ἐπί  
 κλυμα. Cic. de finib. Quorū similia sunt prima i. ais, quasi virtutū igniculi  
 & semina. id est (vt ipse ingt) inuitamēta virtutū i ho e inata. Et in tertio  
 Tusc. Natura paruulos nobis dedit igniculos: quos celeriter malis morib;  
 opinio nibusq; deprauatis sic extinguim⁹, vt nūq; naturę lumē appareat.
- h ¶ Inoffensum ingenium: id est naturam.

in vna eadēq; ratione formali & substātia . Quo fit vt cum i  
 eorū vterq; imperiū sibi vēdicet & magistratū in admini-  
 stratione vitę, rara vtiq; quies ipsa in vita esse possit ac trā  
 quillitas. Nā ille intestinus & abstrusus , vt est ipse placidi k  
 pacatiq; ingenii, finibus suis cōtētus, naturę quoq; suę cō-  
 grūeter viuere cupit, nihilq; externū in vita maximope sti-  
 pulatur, vt q; omneis suas spes in diē fati cōtulerit, idq; de-  
 mū agri intētione spectet, ad qđ fruēdū natū esse se suapte  
 natura sentit ac procreatū, nisi si ei stupor aliunde accidat.  
 Cōtra vero hic exterior ingenio est leui, stolido , improui-  
 do, & ad oēm crepitū aurāq; vel spei vel meticolī cōsterna l  
 bili. Quare oīa ferme sua munia incōdite, vultuose, meticu m  
 lose, turbide, & rursus gestienter, elate, ferociter, inaniq; cū  
 fiducia obire solet, prout scilicet letus aut tristis casus obti-  
 git, vnde pēdere se arbitratur. Huiuscemodī naturę nō ne-  
 scius sceleratus ille Horci satelles, humani status euerfor  
 atq; peruerfor, iā inde ab orbe cōdito cōtēdit omni studio n  
 atq; vigilātia, vt cōtra q̄ fert natura ac decorum, exterioris  
 hominis sit imperiū. Qui cū senatus ipse sui sentētias exqui-  
 rit, rationē principē cōsiliū esse nō finit, ipsam etiā sepe non  
 rogat sentētia in tumultuariis & p̄cipitibus cōsultis, aut  
 a cupiditate & libidine expressis. Quin & ille idē tum pri- op  
 mę noxę patrator , tum naturę labefactor , pertentandi q  
 sensuū animorūq; artifex, non modo stimulos acres contu-  
 macię & peruicacię exteriori hominī ingerit: quo minus  
 rationi moderanti aut adhortanti auscultet & audiens di-  
 cto sit: sed etiam interiorem illum plerūq; ita demulcet ac  
 circūuenit, & cum hoc exteriori reuocat in gratiā intempe-  
 stiuiam & cōciliat , vt de iure ipse suo decedat per ignauia, r  
 ac maiestatis suę fasces submittat collegę procacitati. f

¶ Eademq; ratione formali. Ratio formalis eadem est cū ratione substātie, Ratio for-  
 quę λόγος ἢ οὐσίας dicitur, & ἰδὸς ab Aristo. in septimo τὸν μετὰ τὰ malis.  
 φυσικὰ. Dicitur autem ratio formalis vel substātie, ideo q; ratio est per λόγος φθι-  
 quā est vnaqueq; res id quod est: vt inquit Themistius in tertio de anima. οὐσίας.  
 Vnaqueq; enim res descriptionem suam non a materia, sed a forma acci- ἰδὸς q  
 pit. Vt verbi gratia in exemplo Arist. Domus est figura ipsa domus cum  
 cementis & lateribus: sed forma & substātia seu ratio, est forma structurę.  
 & hęc substātia prima dicitur ab ipso auctore. Sensus est ergo, duos esse  
 homines in vna hominis finitione.  
 ¶ Ut est ipse placidi pacatiq; ingenij. Quia p se imunis est sēsualis molestię  
 ¶ Consternabili. Consternari est animo percelli, & perfundi pauore. Quem Conster-  
 interdum affectum spes gestiens efficit. ἐπισηδῶς tunc dici possit: cum alio- nari.  
 qui πῦρεδῶς & ἐκπλιπῆδῶς significet. ἐπισηδῶς ἢ πῦρεδῶς ἢ  
 ¶ Vultuose: id est, vultus altos atq; alios ducendo: & (vt gręce dicā) σωω- ἐκπλιπῆ-  
 φραυμλῶος, & μετὰ καταφείας. δα.  
 ¶ Peruersor, qui peruertit & peruersum facit. Peruersum est quod ordine Vultuose.  
 inuerso & contra q̄ decet comparatum est. Cic. in quadam oratione. Itaq; Peruersū.  
 vt erat semper p̄posterus ac peruersus: initium a Balbo facit. Et peruer-  
 sitas pro ratione nec recte nec ordine constituta: in officijs. Sed ea (inquit)  
 quę multum ab humanitate discrepant: vt si quis in foro cantet, aut in fu-  
 nere: aut si qua est alia magna peruersitas: facile apparent. διασποφῆ & διε-  
 σπραυμλῶον dicitur: vt oculorum acies peruersa. Sic enim gręce strabones διεσπραυ-  
 διεσπραυμλῶοι appellantur: aliter q̄ decet cernentes. μλῶοι.  
 ¶ Exp̄ssis. Expressere inter alia etiā hoc significat: vi & necessitate spetrare Exprime-  
 & auferre. Vt em̄ extorquere, sic exprimere dicit̄, quasi manib⁹ p̄ssis auferre re.  
 & extūdere. Cic. Exp̄ssit hoc necessitas patrib⁹. ἐβιάζον .i. necessitate coacti  
 hoc decretū fecerūt. & alibi. Exp̄ssa his necessitas hoc agēdi. Inde illd̄ Trāq. i  
 Aug. Omitto senatuscōsulta, q̄ p̄nt videri exp̄ssa v̄l necessitate v̄l verecūdia.  
 ¶ Primę noxę patrator dēmon. Suasit. n. primo parenti, vt auderet aliqd  
 contra interdictum dei.  
 ¶ Pertētādī sensuū. Sic Plaut⁹ in capt. Nominādī istorū tibi erit magis q̄  
 edūdī copia, hic apud me Ergasile. Trāq. in Aug. Exacta iocādī licētia, diris Gerūdīū  
 piēdiq; pomoz. Cic. in Philip. v. Agit̄ vtrū M. Antonio facultas deē oppri in di.  
 mēde reip. cedis faciēde, bonoz diripiēdoz vrbis, agroz suis latronib⁹ cō-  
 donādī, pplī Romani seruitute opprimēdi. Licet i quibsdā exēplarib⁹ vrbes  
 & agros legat̄: mēdose vt opinor: nā & Gel. & Liui⁹ hac locutione vtūtur,  
 ¶ Ut de iure ipse suo &c. De iure suo decedere, est non summo iure agere: ali  
 quid sui condonare comiter. Cic. in offi. lib. ij. Conuenit autem in vicini- De iure  
 tibus & confiniis esse æquum & facilem. Est enim liberale, paululum non suo dece-  
 nunq; de iure suo decedere: & interdum fructuosum. dere.  
 ¶ Fasces submittat. Enarratum hoc in Annot. ἰφείαι τὰς ξάβδως τῶν Submit-  
 πρὸ χονῶ τῆ ἀμῆ, gręci dicunt. tere.

O facinus indignum humanæ naturæ fastigio, hominem externum qui nō aliis placitis ducitur q̄ iræ, furoris germanæ, ac cupiditatis cæcæ & præcipitis, imperium abrogare hominī intus condito, atq; in sede primaria a natura collocato, qui & auspiciis ipse maioribus creatus est, & ad exemplar diuinum mirifice adumbratus: atq; in hominum consultiis mentem & rationem, quæ naturæ cœlestis participes sunt, sensuum temeritatis affinium prærogatiuam sequi? Hæc prima mali labes, hoc primordium malorū, hic fons omnium vitæ calamitatum, vt ex historia primordiali nouimus. Nam cum ex iis quæ dicere orsus sum, liqueat oēm hominem veluti Cecropem quendam esse (hunc enim antiquitas ipsum haud temeraria de causa fabulata est bipartita corporis constitutione fuisse: ita vt supra vmbilicum vir, infra scœmina esset) primū utiq; parentis culpa, qui scœminæ consilio arbitrium suum credidit ac permisit: naturæ humanæ maiestas admodum imminuta est: & velut oblesā hominis constitutio: quo tempore scilicet (heu miseram mortalium conditionem) iussus homo facessere a diuino conspectu mihi videtur velut extorris factus esse a veritatis & sapientiæ contubernio: indeq; tanq̄ ex continentī constantiæ & rationis, in insulam quandam deportatus, id genus monstris, portentis, ac ludibriis scatentem, quæ a fortuna ipsa agi, ferri, versari infra supra conspiciamus: vt est in prouerbio: ac pro summi boni pignoribus falso duci atq; haberi. In hoc porro exilio animus iusta libertate multatus, in mancipatum iniquum scœdumq; addictus est imperiosæ illius turbæ atq; tumultuosæ qui sensus appellantur, quibus præfectus vnus datus est natura, quasiq; iuridicus, quem vocat sensuū principatū, iudicem scilicet ipsum & arbitra-

torem earum operarum quas sensus vitæ nauant. Hic ipse autem seu hallucinatione propria, seu fallaci sensuum renūciatione (vt pote quorum ipse opera tanq̄ emissariorū vtitur ad explorandas qualitates, formas, magnitudines,

† Placitis, id est decretis.

v In sede primaria: hoc est in principatu animi.

\* Auspiciis maioribus: hoc est maiore dignitate & potestate. Virgil. in iij. Auspiciis Aenei. Cōmunem hunc ergo populū paribusq; regamus Auspiciis. Lilius. maioribus. Vos auspiciū imperiumq; ad Calenum detulistis. Eius autē consulis erat summa potestas eius diei, quo fasces habebat, & ius auspicandi. Auspiciis etiā hic maioribus sic intelligi potest: vberiore nūminis fauore, maioraq; pollicente, vt illud: nam te maioribus ire per altum Auspiciis manifesta fides.

y Affinium prærogatiuam. Prærogatiua tribus dicebatur, quæ prima ferebat suffragia: & prærogatiua centuria itidem. Lilius lib. vi. secundū bel. Pu. Prærogatiua. Auctoritatem prærogatiuæ omnes centuriæ secutæ sunt: vbi subintelligitur centuriæ. Et Prærogatiuus adiectiuum: quod non tm̄ eum significat, quod primus rogatur sententiam: sed etiam cuius sententia momentū habet & auctoritatem, quasiq; præiudicium affert in euentum comitorum. Cic. pro Plancio. Cuius in honore non vnus tribus pars sed comitia tota comitiis fuerunt prærogatiua. & datiuo iunxit: hoc est, præiudicatam opinionem auctoritatemq; afferentia, quod ideo dixit: quia populus alijs comitiis suam voluntatem erga Plancium declarauerat. Substantiue etiam dicitur prærogatiua, pro auctoritate & præiudicio quodam: quia plerunq; reliquæ centuriæ & tribus auctoritatem sequebantur prærogatiuæ. Lilius lib. iij. ab vrbe cond. Icilius vbi audiuit tribunos militū in Auentino creatos: ne comitorum militarium prærogatiuam vrbana comitia. ipsidē tribunis plebis creandis sequerentur: & ipse priusq̄ iretur ad vrbem, pari potestate eundem numerum ab suis creandum curauit. Cic. vtrunq; elegāter coniunxit in Ver. act. secunda. Q. autem Metellus q̄ isti sit amicus attendite. Dedit enim prærogatiuam suæ voluntatis eiusmodi, vt isti pro prærogatiuis eam reddidisse videatur. id est: Ita aperte fauere se ostendit Verri, vt hoc beneficium rependere videatur pro pecunia a Verre accepta: ex qua tribus corripit, vt cōsul crearetur ambitu. Sic hoc in loco prærogatiuam sensuum sequi, est sensibus credere & obsequi potius q̄ rationi obtemperare.

z Ex historia primordiali. In libro Geneseos.

a Arbitrium suum: hoc est, ad vte & σιου, & liberam voluntatem.

b Tanq̄ ex continentī, hoc est epiro.

c Infra supra: prouerbiale est. vt supra dictum est.

d Sensuū principatū: hoc est τὸ ἡγεμονικόν: vt in annot. declaratū est.

& pondera momentaq; rerum) perperam sepe ipsis de rebus pronunciat. Cūq; sensoriis vtatur corporis vt instrumentis, necesse est utiq; vt cum corpore quoq; afficiatur ipse. At vero affectus sensuū principatus qualitibus instrumentorum, partem quoq; animi multo se digniorem fastigiūq; maioris, hoc est mentē & intellectum, familiaritate ac vicinia ita inficit, atq; adeo erroris contagione afficit, vt litem etiam ipsa suam faciat iisdē de rebus perperam iudicando. Hanc partem Græcorū doctissimi δ' ἡγεμονικὸν vocant, quos Cicero imitatus est, principatum appellās. Vitii vero naturæ nostræ oblati statim a primordiis rerum, cum luculentia sunt vestigia permulta, tum etiam illud, q; tam obnoxia conditione viuimus multiplicatis in infinitū ærumnis. Nā quid tam simile seruitutis est, q̄ hominem naturali iure stare nescium affectibus tanq̄ dominis iniquis addictum esse diuina sententia, atq; ob noxam priscam datum? Duci autē animū vt mancipiū ab affectibus, atq; in diuersa, interq; se pugnantiā distrahi, nunc trāuersum rapi, nunc præcipitem quasiq; collo obtorto: quid aliud est tandem q̄ intemperis, manis, atq; furis agi? Quarum rerū aspectus speciē haud dissimilem præbet inferorum supplicii, iis quidē certe qui valent mentis perspicacitate: vt non absurde antiqui nōnulli tanq̄ inferorū descēsum esse censuerint, animę ingressum in corpus sic obnoxium. q̄q̄ ipsi decepti tanta similitudinū competētia, quod memorię proditum acceperāt de inferis & fama peruulgatū, cōmentitiū & alioqui vanitatis plenu esse crederēt. Iā vero addictę mentis & veluti mancipio datę sensibus, quodnam esse potest vestigiū luculentius, q̄ q; mens ipsa nunq̄ nisi excessu rapta sit, ita apud sese potest esse: omneisq; suas partes sui iuris facere & cōtinere in of-

ficio: quin huc illucq; vagę ac palabūde feratur: ipsa etiam rapiatur erraticis affectibus: ac sibi viuens ( vt aiunt ) vidensq; auferatur?

- e ¶ Pronunciat: iudicium fert & sententiam.
- f ¶ Sensorijs: hoc est, instrumentalibus corporis partibus, quibus sensus percipit.
- g ¶ Ut litem suam faciat: hoc est in Annotat. explicatum.
- h ¶ Vitium oblatum: antiqua locutio. Terent. in Adelphis. Qui miseræ per vim vitium obtulerat. Oblatum autem vitium vel stuprum, dicitur quod inuitæ offertur: inquit Donatus. Sic oblatū stuprū mulieri, Cic. in Philip. Sic oblatum incendiū, Cic. pro domo sua. Domus (inquit) ardebat in palatio, non fortuito sed oblato incendio. Sic oblata mors: pro Roscio. Qd̄ supplicium satis acre reperitur in eum qui mortem obtulerit parenti? Hic autem per metaphoram vitium, non stuprum, sed innocentie corruptionē significat, & in vitia procliuatatem.
- i ¶ Atq; ob noxam priscam. Noxa est culpa & vitii. & noxā nocere dicebāt: hoc est culpam crimēq; admittere. Liuius libro. ix. ab vrbe. Quandoquidē hęc homines iniussu Po. Ro. foedus ictum iri spoponderunt, atq; ob eam rem noxam nocuerunt: ob eam rem hocce homines vobis dedo. Inde noxæ dediti serui dicuntur apud iurisconsultos: qui ob delictum & damnū datum ceduntur. Qui & ob noxam dati dicuntur. Liuius, Quē ob noxā dediti sibi postulent. Vnde seruus noxa solutus, qui noxā nullam nocuit: aut certe cuius nomine caput noxa seq̄, id est cuius nomine dominus noxali actio ne conueniri, non potest. Varro de re rust. lib. ij. In horum autem emptio ne solet accedere peculium: aut si excipietur, stipulatio intercedere, sanum eum esse, factis noxisq; soluti. Et itidē Pomponius in titulo de euictiōibus. Inde obnoxij dicti primum: id est ὑπόδικοι, ὑπερδωκοι: vt noxa soluti, & ὑπερδωκοι, ἀνταίλοιοι, οὐκ ἔνεχοι μύλοιοι.
- h ¶ Commentitiū. vt Virg. satis innuit in fine sexti Æneidos: & Cicero aper- tissime dixit in oratione pro Cluentio.
- k ¶ Excessu: qui græcis ecstasis dicitur: vt superius ostensum est.
- l ¶ Iuris sui facere. Ius potestatem significat. Liuius. Quæ ex his habere vitiorū, quibus multari eos velit, ipsius ius atq; arbitrium esse. Idem. In ius ditionemq; venire, id est in potestatem, dixit. Plin. lib. secundo. Nam nec eum facere posse, vt qui vixit, non vixerit: qui honores gessit, non gesserit: nullum habere in præterita ius, præterq̄ obliuionis, de deo absurdissime me loquens. Lucanus in septimo: qui tot simul vndiq; gentes Iuris habere sui vellet, pacemq; timeret. Inde sui iuris dicuntur homines liberi, & patria potestate soluti. ἀντεξέσσιοι, ἀνυπότακτοι, & nonnunq̄ ἀντοκράτορες, græcis dicuntur.

Oblatum vitium. Noxa. Noxam nocere. Noxę dediti. Ob noxā dati. Noxa solutus. ὑπόδικοι, ὑπερδωκοι, ἀνταίλοιοι, οὐκ ἔνεχοι μύλοιοι.

Certe cum sepe ingemiscens raptū sui veluti quiritetur, eā<sup>a</sup> sensibus & affectibus indigne ancillantē nullus asserit in libertatem. Neq; enim intētio ita sese abstrudere potest in penetralia domicilii sui: nec ratio cācellis obuallare liberi arbitrii: quadāq; (vt ita dicā) cingere indagine obfirmatē<sup>a</sup> contētionis, vt non per aliquā rimam irrepant cōmentāti alię atq; alię species notionū, quę negocia multa exhibeāt<sup>b</sup> trāquillitati. Id adeo interdū, vt mens ipsa velut immemor sui, cōmentationisq; oblita cui incumbere obstinauerat, refractis intētionis clatris euolet in vastum quēdā immensumq; campum, curarum immaniū plenum cogitationūq; euanidarum, quibuscum fortasse antea nimiū consueuit. Id quod vitare cupientes sanctę quędam ac purę mentes mysticis sponsalibus Deo pactę, ita sese dedere cōtemplatiōi solent, sensusq; corporeos vinculis quibusdā astrin<sup>a</sup> gere attentionis & cautionis, vt eos deinde in potestate fere habeant. Quos si licentius ipse euagari ac lusitare expatiando sinerent, nimirum idem eis quod vulgo hominum eueniret, vt curiosis sensibus inspectare arbitrariq; insisterent, quę nihil ad rem pertinent. Idem cū tibi facere mihiq; non pronū sit, qui in publicum sepe prodeuntes inuēti multa circūspicimus intētionis auocamenta, secunda fortasse cautione & subsidiaria prospicere nobis poterimus, si earum notionum quę per meatus illos sensorios animum subire solent, vt quęq; recordatione maxime digna erit, ita eius informationem q̄primum intus imprimendam, incidendamq; curabimus, ne si per mentis tantum superficiem ductę sint & leuiter illitę, inanium incommodarumq; imaginū turba assidue irrumpente elui tandem possint & interlini. Id autem vt assequamur nisi cupide,

accurate, anxie fecerimus, nimirum (vt est humanę mentis status natura constitutus) fieri vix potest quin rerum secularium ludibundę imagines, mentis intētionem quę rerum cęlestium salubriumq; commentationi vacare debet,

- <sup>n</sup> ¶ Quiritetur. i. cū exclamatione cōploret. Verbū a Quiritū imploratione ductū: qđ solēt qui raptū aut iniuriā atrocē patiunt. Pli. in eplis. Audires quiritat<sup>9</sup> infantiu: clamores virorū. alij parētes, alij liberos, alij cōiuges vocib<sup>9</sup> requirebāt. Quintil. in. iij. Ita cur in initio furiose sit exclamandū nō intelligo: cū pposita cōsultatione rogatus sentētiā, si modo est sanus, nō quiritet. Vale. etiā lib. vi. vti. Queritari verbū etiā frequētatiuum nō multū ab hoc differt. *κεταλάξω* gręci, & *ποτινάξω* dicunt.
- <sup>o</sup> ¶ Indago est venatorū inq̄sitiō: quę gręce *διράμα* dicit. Tacit<sup>9</sup> lib. xij. Romę testamēta & orbos velut ei<sup>9</sup> indagine capi. Sic Liui<sup>9</sup> lib. vij. ab vrbe. Cū pmissus eques velut indagine dissipatos Sānites ageret: cędē ingentē fecit. Vñ indagare verbū, venatorū more ingrere. Sed qm venatores salt<sup>9</sup> circūdāt retib<sup>9</sup>: q̄ gręce *ἀρκυες* dicit, & latine plagę varis erectę, q̄ gręce *χαλιδες* appellant: ideo factū est vt indago p serie plagarū saltus cingētiū accipiat. vt in. iij. *Ανε*. Saltusq; indagine cingūt. & Luca. i. vj. salt<sup>9</sup> nemorosaq; tesqua Et syluas: vastaq; feras indagine claudit, per metaphorā vocauit indagine, fossam & munitionū turritarū seriē. Sic Pli. in panegy. pœnarū indagine inclusos dixit, quasi ambitu. *σοιχ* a gręcis dicit: id est series plagarum, quo saltus circūdantur: & *σοιχισμός*. vnde *πρὸ σοιχίσεων* verbum, indagine circūdare: hoc est, *τῆ ἀρκυος ἀστέρι πρὸ βάλανων*.
- <sup>p</sup> ¶ Notionum: id est conceptionum animi: vt Cicero vocat.
- <sup>q</sup> ¶ Deo pactę: id est *διομολογηθεῖσαι* ac desponsę. Virg. Gremioq; abducere pactas. & Plautus in trinūmo. Habeon<sup>9</sup> pactam: id est desponsam.
- <sup>r</sup> ¶ Inspectare & arbitrari: id est obseruare, & diligēter intueri. Plautus. Huc & illuc potero qđ agāt arbitrarier. & in capt. Secede huc nūc iā si videt pcul, ne arbitri dicta nostra arbitrari queāt. id est, obseruatores. Inde illud Liui: nianū. Per deos fœderū arbitros & testes. Cyprianus: Ne pfanus arbiter cloquiū nostrū impediāt. Sic ab Horatio in epistolis dictus est locus maris arbiter: ratio & prudētia curas. Nō locus effusi late maris arbiter aufert. i. locus amœnus in mare vergens spectansq; licet enarratores aliter exponant.
- <sup>f</sup> ¶ Incidendam: sculpendam.
- <sup>t</sup> ¶ Interlini: deleri.
- <sup>v</sup> ¶ Ludibundę imagines. Ludere interdū moueri significat. vt Terēt. Cōgrū istū finito in aqua ludere paulisp. Vñ imagines ludere dicit, q̄ oculis sic obseruant, vt culices & muscę minutissimę circūuolare estate viatores solēt.
- <sup>x</sup> ¶ Cōmētationi vacare. Vacare p carere Cic. dixit de Orat. Domiciliū tm̄ in.

Quiritati  
Querita  
ri.  
*κεταλάξω*  
*ζειν*.  
*ποτινάξω*  
Indago.  
*διράμα*.  
Indagare.  
*ἀρκυες*.  
*χαλιδες*  
*σοιχ*.  
*σοιχί*  
*σμός*, *πρὸ*  
*σοιχίσεων*.  
Notio.  
Pacta.  
Arbitrari  
Arbiter.  
Hora. loc<sup>9</sup>  
Ludere.  
Vacare.



ea vrbe remanet studiorum: quibus vacant ciues, peregrini fruuntur. Idem in Tuscul. Eoq; pulchrior est illa virtus, si vacet populo, nec plausum captas se tñ ipsa delectet. i. si careat oculis populi. & de senect. Vacare muneribus, est immunē esse. Hoc modo fere Cicero vacare & vacuū accipit: vt vacare crimine, & vacare motibus. & in Orat. Quē enim causa est vacua prudentia? Sed quoniā vacuos curis esse oportet, qui literarū studio se dediderunt: ideo fit vt vacare studio dicantur, datiuo casu: vt græce *χολάζειν*, id est ociari & feriari. Tranq. Post decisa quęctiq; obuēissent negocia, gestatōi ac deinde qēti vacabat, id est vacuū se curis dabat. Sic palestricis vacare. Quintil. i. ope ram dare præceptoribus palestre. & Curtius pro *σχολάζειν*. Ille non vacat se sermoni suo regem causatus, discessit. i. intentionem non adhibuisse. Ex his apparet, vacare duas significaciones pene oppositas habere.

*χολάζειν*

*σχολάζειν*

& tanq̄ feriari, ludificatione primum circulatoria auocent atq; distineant, tantisper dū obrepat obliuio institutæ animaduerſionis, tū subinde oblitā mentē ad sese demirandas perliciant & conſectādas vsq; in perniciē. Id quod cognitu cuius nostrū promptū est, qui paulo attētius animaduertē dū duxerit. Nā quid causę esse dicas, cur cōmunis sensus in vniuersum, cōmunisq; adeo prudentia, felicitatē psequēs, ac circa summi boni inquisitionē satagens, non modo actuose y impigre, & accurate, sed etiā tumultuarie, anxie, anhelabunde, nusq̄ assequi potest, quod nullo non loco, non tēpore cōsectādū suscepit? Cū interim miseri ac mēte capti mortales irriti laboris sensu adduci ipsi nequeāt errorē vt agnoscat, quoad corpore iā fatiscēte animus emicare foras cogitur, z e conceptaculoq; suo proſilire infracto iā tot ærumnis & exhausto. Superſedeamus hic paulisper disputatione instituta, & estimemus taciti qui sit sensus animi cassum iam vitæ domiciliū derelinquētis, eū ne comitentur illa studia rerum fluxarum quæ totam eius vitam sibi vendicauere, an exuuis excussis corporeis aduentitiisq; nudus, inops, destitutus, solitarius, eo migret vbi earum rerū nullus est vsus: quibus ipse rebus cumulandis felicitatis diuerſorium archi b

teſtari se demens existimabat. Proh Diui immortales, esset ne hæc hominum prudentia insania manifesta vniciq; nostrum, si non ipsi educati in erroris incunabulis, per etatum gradus proficeremus progredieremurq; in errores deinceps alios atq; alios? At hoc vitæ institutum non modo ciuili iure, sed etiam gentium stabilitum est & auctum. En humanæ prudentiæ columen atq; decus: quam stultitiā tamen meram elogia sacrosancta merito esse testantur: quibus ab ipsis veram proſitam esse sapiētiam mortalibus, in cōfesso est. Proinde (vt dicere cœperam) huiuscemodī naturę fortē nactum hominem, ac suoſte ingenio miserum, ad ærumnosam etiā vitā atq; calamitosam perlectat disciplinā seculi, lacte prauarū opinionū a puero statim nutritas,

- y ¶ Circa summi boni. &c. Oēs. n. id expetūt: vt inqt Aristo. in. j. Ethicorum.
- z ¶ Corpore iam fatiscēte. Fatiscere est languere, deficere, *ἐκκάμνειν*, *ἐπαπορεῖν*, *καταπονείδης*, considerare, & viribus deficere. Tacitus. lib. xiiii. Ipse exercitusq; eius per inopiam & labores fatiscēbant: carne pecudū propulsare facinam adacti. Pli. de rege apū. Hunc esse solum marē existimant, præcipua magnitudine ne fatiscat. Columella solum gliscens. i. lētū, & fatiscēs: vt contraria ponit, est enim fatiscens solum *ἐκκασιζόμενον*, id est defrugatum.
- & ¶ Infracto: id est conſtracto & conſecto.
- a ¶ Exuuis corporis aduentitiisq; hoc est bonis corporis & externis.
- b ¶ Felicitatis diuerſorium: Opum. s. congeriem.
- c ¶ In erroris incunabulis &c. id est: a pueris imbuti sensu communi: auaritiæ & cupiditatis disciplina deinceps per manus a maioribus tradita. Quod luena. reprehendit saty. xiiii. Educantur autem in cunis erroris, qui erroris elementa prima statim pueritia discūt. vt illud Satyrici supradicti. Sūt quędam vitiorum elementa: iis protinus illos imbut, & cogit minimas edificere sordes. Mox acquirendi docet infatigabile votū, & alibi. Fallit enim vitium specie virtutis & vmbra: Cum sit triste habitu, vultuq; & veste seuerū. Nec dubie tanq̄ frugi laudatur auarus.
- d ¶ Clure gentium. Ex quo contractus emanauerunt: qui sunt auaritiæ instrumenta.
- e ¶ Suopte ingenio: id est natura.
- f ¶ Ad ærumnosam vitam: hoc est laboribus exercitam.

Fatiscere.  
*ἐκκάμνειν*  
*ἐπαπορεῖν*  
*καταπονείδης*  
Gliscēs solum.  
*ἐκκασιζόμενον*

& subinde per ætatem aliam atq; aliã imbuens erroribus s  
 ætati cuiq; consentaneis. Aduersus quẽ errorẽ Philosophia  
 existens, genus humanũ vindicare ab hac viuẽdi cõditione  
 cõtendit stultitiẽ sensibusq; mancipata: animũq; ipsum sibi  
 natalibusq; restituere. Quẽ tamẽ cũ ipsa promittere maio- h  
 ra institisset q̃ pro captu mortalitatis, ad vaniloquentiam i  
 utiq; tãdẽ euasit, dũtaxat in ea parte quẽ ad mores huma-  
 nos cõstituẽdos se erexerat, ad honorũq; fines & malorum  
 inuestigãdos. Sic enim necesse fuit iis accidere philosophis  
 qui veritatẽ & sapiẽtiã, (quẽ in vltimo ab orbe terrarũ lo- k  
 co domiciliũ habet) e latebris nature ceterioris eruisse se  
 insolẽter, magnoq; cũ fastu ferebãt. Caput vero malorũ ab  
 illo versipelli instinctore ortũ est primẽ noxiẽ suafore, qui  
 inexpiable odium iam inde ab æuo condito conceptum m  
 generi humano fraudulenter indixit: quod ob id creatum n  
 videbat vt in caducã vacãtẽq; possessionẽ supernarũ sediũ  
 mitteretur: ex qua ipse deiectus erat. Fraudi enim capitali  
 fuit homini, ad posteros etiã in omne æuũ prodite, q̃ illo  
 suafore superiore ipse sui partẽ inferiori submisisset. Cete- o  
 rũ mũdi Deus opifex mũdiq; indigenarũ, cũ rãtũ dispediũ  
 sarcire statuisset nature imminutã, ignominiẽq; eximere  
 amplissimũ ordinẽ animalĩũ, ob incunabula sua cõspurca- p  
 ta, dedecorataq; vitẽ primordia contractã: filium ille suũ q  
 vnicum in vnã atq; eandẽ secũ æternitatem, essentiã, poten-  
 tiã, maiestãtẽ cooptatũ (o rem mirandã, memorabilem, ac  
 predicandã) hominẽ fieri iussit, eaq; de causa superne illũ  
 delapsum generis humani vadẽ esse voluit, capitalisq; sup- r  
 plicii victimã piaculare. Ita humanẽ naturẽ decus naturã r  
 ipsam humanã imminutã & oblãsam in integrũ restituit, e  
 qd̃ qdẽ ad spem p̃tinet ac facultatẽ sũmi boni adipiscẽdi. v

- s Erroribus ætati cuiq; consentaneis: Vt in arte poetica Horatii, ætatum  
 vicia studiatq; diuinguntur.
- h Sibi natalibusq; restituere. Restitui sibi. Plin. Vina in apothecis canis or Restitui  
 tu mutantur: posteaq; restituitur sibi. i. in naturam suam redeunt. Simile sibi.  
 est, natalibus restitui: de quo supra dictum est. græce, εις τὸ ἀρχαῖον ἔφηνας,  
 τὰς αἰσῖς dicitur, & εις τὸ πεφυκὸς ἀφικατὰς ἀδύνα.
- i Ad vaniloquentiã tãdẽ euasit. Hoc dicit, ppter Stoicos, vt intelligi potest  
 ex Cic. in. iij. de finibus bonorũ & malorũ: apud quẽ Cato Stoicorũ imitator  
 ita inquit. Quã aũt illi appellãt catorthomata (nos recte facta si placet di-  
 camus) oẽs numeros virtutis cõtinet. Sola. n. sapiẽtia in se tota cõueria est:  
 qd̃ idẽ in ceteris artib; nõ fit. Sapiẽtia. n. & animi magnitudinẽ cõplectit &  
 iustitiã: & vt omnia q̃ homini accidũt, infra se esse iudicet. Quibus verbis  
 significat. hominẽ sapiẽtẽ oia in potestate habere, q̃ ad se p̃tinet: vt etiã bea-  
 titudinẽ sibi cõparare possit. qd̃ vanitatis plenũ est. Qd̃ irridẽs Horatiũ, ad  
 Mœcenatẽ scribẽs ita inqt. Ad summã sapiens vno minor est Iouei diues,  
 Liber, honoratus, pulcher, rex deniq; regũ: Præcipue sanus, nisi cũ pituita  
 molesta est. Vt enim idem auctor in sermonibus dicit: Nã vitis nemo sine  
 nascitur, optimus ille est, Qui minimis vrgetur. Quare innocentia homi-  
 nis non in homine, sed in deo sita est: vt & beatitudo.
- k In vltimo ab orbe terrarum loco: hoc est in cœlo.
- i Naturã ceterioris: a cœlo procul submotã.
- m Inexpiable odium: implacabile.
- n Ab æuo condito: a Solis priã cõuersiõẽ: ab exordio seculi & mũdi. Pl. li. 7.
- o Superiorem sui partem inferiori: hoc est mentem sensui, & Adamum  
 Eue. Alludit ad Cecropem supradictum.
- p Incunabula conspurcata. Translatio est ab infantibus cunabula sua ster-  
 core cœdãtib; . De primo parente dictum: vel de genere humano potius,  
 qui vitam a peccato auspiciatus est.
- q Cooptatum: assumptum in parẽ potestatẽ. Tranq. in Aug. In tribunitia Cooptare  
 potestate semel atq; iterũ p̃ singula lustra collegã sibi cooptauit. Sic coopta-  
 re senatorẽ, Cic. in Verrẽ: cooptare patronũ, Plin. in eplis. Oppidũ est (inqt)  
 prædiis nostris vicinũ: qd̃ me pene puerũ adhuc patronũ cooptauit. id de  
 vniuersitate dictum est. Hic cooptauit metaphorice dicitur πρὸς εἶλεν.
- r Vadem: proprie hic positum. Vades enim sunt sponsores in re capitali.
- r Victimam piacularem: quã pro piaculo ceditur.
- s Imminutã, Imminuere verbũ & minuere, est qd̃ græci κολλάει dicunt. Immi-  
 nuere gloriã alicuius, Ci. in Philip. Minuere magistratũ, & minuere  
 ius imperii: in Verrẽ. & minuere maiestãtẽ, vt ledere maiestãtẽ. Lactant. de  
 Ioue loquẽs. Omitto virgines quas iminuit, i. stupro cõtaminauit. Plaut. i  
 Cistell. Neq; pudicitã meã mihi alius iminuit. i. virginitatẽ abstulit.
- v Quod quidem ad spem p̃tinet &c. Hoc dicit propter igniculos cupidĩ-  
 nis, & peccati p̃cliuĩtatem, quã in homine remansit.

Via item ad veritatē, germanāq; felicitatē ferentis nō modo p̄mōstrator, sed etiā dux fuit ac p̄reitor. Hęc via cū dubio procul aspera fit & angūsta, vt nonnullis vero placet, etiā tetrica & ardua, parū mīhī hodie tritavidetur minime, proculcataq; vestigiis hominū fortunatorū, q̄ numerosos secū clientū comitūq; rapiūt vexātq; comitatus. In eandem (nisi fallor) ipsam nec via fert regia, nec militaris, nec quā vehicularē curulēq; appellāt. Nā vt ea ire, ambulareq; ius est vnicuiq; sacrorum nō exorti, ita vix est vt in ipsa pensili molliq; vectemur gestatorio, aut actū habeamus fortunarū redūdantiū cū tot impedimentis. & magnā ista laxitatē poscūt, maiorēq; q̄ facile admittat semita innocētię, in quā veritatis ac simplicitatis via definit, quā ille nobis p̄reiuūt, cuius oīs actio nostra est haud dubie ad diuina institutio. Hac ipsa certe viatores ducis ipsius euestigio sequaces qui primus eā secuit, ærunas suas & sarcinas mulis (vt dicit) Marianis cōuexere, & isti (si diuis placet) in patriā ad bonorū finē, ad felicitatis cumulū illa curulī via iturū esse & peruēturū cū copiis, cū fortunis, cū fortunę blādīmētis rīdibūdī dictitāt & cōfidūt. Q; si ille instituendę vię auctor, salutis cōsectādę suasor, index bonorū malorūq; finiū, viam nobis necessitatis partim, partim cōsiliū atq; vtilitatis p̄mōstrauit, tractū etiā eius vt porrigitur quoquouerſus orbitis iussoriis suasoriisq; circūduxit, qd̄ causę est, qn̄ sciētes prudētēq; sese perditū eant ii qui hęc viā ineūtes, diuerticula interim & obiter queritant amœnitatis & vt in Fortunę diuersoriis mansitent, orbitas supergressi prisce iustęq; disciplinę vestigiis impressas, lōge expatiātur & late, securi vtiq; ipsi quo tādem euasura sit digressio ab instituta via & Nisi vero vt nunc est vita, non passim sequimur coruos.

- x **R**apiunt vexantq; id est, sequendi necessitate fatigant. Vexo.  
 y **N**ec via fert regia. Vlpianus in titu. nequid in loco pub. Viarum quaedā publicę sunt, quaedā priuatę, quaedā vicinales. Publicas vias dicimus, quas greci λεωφόρος, nostri Prętorias, alij Consulares appellant. Paulus. Vię vicinales, quę ex agris priuatorū collatę sunt: publicarum numero sunt. Sed inter eas & militares hoc interest, qd̄ vię militares exitū ad mare aut in urbem habent. Militares autē ideo dicuntur (vt ex Quintil. conicio) qd̄ stratę a militibus erāt. Sic enim ait lib. ij. Itaq; stratū militari labore iter sepe deserimus cōpēdio ducti. Vię regię Eusebius meminit in sexto p̄parationis euāgelicę. Et alioqui nūc regia dicitur, quę Romę cōsularis dicebat: qua. s. cōsules exercitus ducebāt. Vehicularis autē via dicit, quā greci ἀμαξίτην, ἀμαξίλατον, & λεωφόρον vocāt. i. plaustrariā & curulē. Alludit autē ad vitā regū & procerū, qui p̄ luxū plerūq; & delicias vitā transigunt: & ad eorum etiam, quibus molli gestatorio vti licet: hoc est p̄diuitum, & copia rerum omnium affluentium. ἀμαξίτην  
ἀμαξίλατον  
λεωφόρον
- 3 **A**ctū, id est plaustrarium transitū. Vlpianus. Actus est (inqt) ius agendi iumentū aut vehiculū. Itaq; q̄ iter habet, actū nō habet. Verba sunt iuris. Actus.
- a **Q**ui primus eam secuit. Vnde secta dicta.
- b **Æ**rumnas suas & sarcinas. Ærumnæ (vt Festus tradit) olim dicebantur furculę, quibus alligatas sarcinas viatores gerebant. Quarum vsū quia C. Marius rettulit: ideo muli Mariani postea cōeperūt appellari. Itaq; (inquit ipse) ærumnæ labores onerosos significant, a verbo gręco ἀρειν, qd̄ est tollere. Plutarchus Hemionos Marianos, id est mulos, appellatos dicit a Mario: Qui corpus ad omne genus laboris exercens, etiam cum exercitum duceret, sibi solebat sarcinas ferre, & suapte manu exequi & expedire ea quę ad vitam essent necessaria. Q; q̄ & alteram ipse huius appellationis causam traditam refert. Hoc autem in loco alludit ad id quod Seruator dixit Matth. xvi. Qui vult post me venire, tollat crucem suam, & sequatur me, quasi, tollat suas ærumnas. Ærunæ.
- c **I**turum esse & peruēturū: futurū est infinitiui. πορεύσεσθαι, καὶ ἀφίξεισθαι. Cic. in Tuscul. Tñ exspecto ea, q̄ tu pollicitus es Lucullo, ab Antiocho aucta dicturū. & in Bruto. Videor em̄ iā te ausurū esse appellare εἰσπράξεισθαι. & in Verrē. Quę in iudicio dicturū esse dicebat. Gellius illud eiusdē auctoris Sed quocūq; venerit, hęc sibi rē p̄sidio sperāt eē futurū: sine verbo eē legit.
- d **I**ndex bonorū &c. Euāgelii em̄ docet, qui sint fines bonorū & malorum.
- e **S**ese perditū eant. Sic Tacitus. A Nerone p̄brosio carmine diffamatus, cōtumelias vltū ibat. Curtius. Meleagri temeritatē armis vltū ire decreuerāt.
- f **P**assim sequimur coruos. Ex tertia Satyra Persij sumptum est. & significat, nullum nos certum habere finem bonorum malorūq; & ex tempore viuere, futura nō providere: sed instantium tñ curam habere. Cuiusmodi homines ἐφήμεροι ἕρῃ βίωσιν appellantur a Gręcis. ἐφήμεροι  
ἕρῃ βίωσιν

vt inquit ille, securi quo pes ferat, atq; ex tēpore viuimus. Age, est ne quisq; mentis compos, qui fidem eorum volumi- nū audeat labefactare, quæ in fanis quotidie dum sacris sa- cerdotes operantur, dum res diuinę, dum precatōnes fiūt, ad inculcandam nobis veritatē leguntur & cantantur. Ne- mo, vt opinor. Quid; in iis ipsis voluminibus, est ne eius vie  
Hodceporicum in æuum consecratum? Sane quidem, in- quis. Atqui si diuinis illis elogiis auscultamus, statim atq; orbitas illas quispiam transfuit, in diuortium incurrit sa- lutis & exitiū. Finge igitur te Herculem illum esse Prodicū antiquorum monumentis celebratum, in biuio herentem, vtram tandem viam capeſſas: ærumnę an fortunę addubi- tantem. Hic locus est parteis vbi se via findit in ambas. Pu- tato me si mauis, illum esse Hercule, Fortunęq; mecum in gratiã redeuntē, sinū illū mihi luculētū bonorū ostentare, atq; excussurā esse in me protinus si colere eā velim, & seq- fidem ipsius: num si hic te vtar auctore, eam statim condi- tionem accepturus sim potius q̄ grandiloquentiã illā im- mēsaq; pollicitationes Philosophię sacræ secutus, scenoris illius cētuplicati expectatione ducar, ærumnosq; vitæ & conflictatæ interufuriū tantū esse putē, vt præ ea sperataq; expectatiōe representatiōe felicitatis respuā, ac fructū vitę hilarioris. Melius, inquis, ominare. Quid igitur causificari- potes quo minus cum aut rebus diffundimur & exhilaramur prosperis, aut confundimur & contrahimur aduersis, & præposteri ipsi esse & capti mente videamur?  
Dum sacris sacerdotes operantur. Sacris operari, est rem diuinam facere: id est ἐργασθῆναι, ἱερῶν ἰέναι. Liviū. Nouēdiale sacrum institutum: & subinde procurandis prodigijs ciuitas prope tota operata fuit. Idem. Tradunt regē operatum his sacris se abdidisse. Dicit̄ & alijs de rebus. Columella. Operati rebus veneris flumine ablui debent. id est qui operam dederunt.  
Prodicus præceptor fuit Isocratis. Is de Hercule scripsit: vt auctor est Xe-

*t ad ole  
Odeporicū ē lau  
ritare & operari  
i. i. i. i. i. i. i. i. i.  
i. i. i. i. i. i. i. i.  
i. i. i. i. i. i. i. i.*

*Operari  
sacris.  
ἐργασθῆναι.  
ἱερῶν ἰέναι.*

nophon in secundo cōmemorationū. Id aut quod hic de Hercule dicitur in biuio, deliberante: narratur a Cic. in primo offi. de temperantia.  
**Hic locus est parteis. Ex sexto Aeneidos.**  
**Sinū illū mihi luculētū. Sinus multipliciter accipit̄ ab auctoris: hic p cop** pia & abūdātia. Sile fere est illd Senece. Nō recipit sordidū virtū amatorē: lo- luto ad eā sinu veniēdū est, apta penu, & arca reclusa: aīna liberalitate. Sin⁹ etiā p p̄tate accipit̄. vt Cic. ad Atticū. Mihi crede i sinu est: neq; ego discin- gor. i. neq; ego emittā manu vel in secreto: neq; ego vili credo arcanū meū. Hoc mō vsus est Scuola i. l. q̄ testamētū, de p̄batōib⁹. Sin⁹ iterdū p tutela capit̄. Cic. i. v. Tusc. de philosophia loquēs. Cui⁹ i sinū eū a primis tpib⁹ eta- tis n̄a volūtas studiūq; nos cōtulisset: & q̄ sequit̄. Vt apud Plin. in panegy. E sinu vxoris successorē accipe. Ci. i. Catilinā. De ei⁹ delectu, imo vero de ei⁹ cōplexu atq; sinu: quos pexo capillo nitidos, iherbes aut bene barbatos vide- tis. Illd Plinij i panegy. p loco tuto & quieto ponit̄. In hoc vrbis ocio, & in timo sinu pacis.  
**Excussuram: effusuram.**  
**Grandiloquentiā &c. vt ad Romanos. viii. Non sunt condignę passionēs** huius sc̄culi &c. Et Matthei. ix. Centuplū accipiet: & quę sequūtur.  
**Interufuriū tāti esse. Interufuriū vsura est q̄ medio tpe fluxit.** τὸν μεταξὺ τῶνος greci dicūt. Respōdet. n. ad hoc qd dixit. scenoris cētuplicati. Deo. n. scenerant, q̄ i hac vita æquo aīo i reb⁹ aduersis cōſictant̄. Et qd sequit̄, hūc̄ habet sensum: Vt cōparatione ſpei futura pmittentis, p̄sentia floccificiam.  
**Tāti esse, sermo est elegās. Brut⁹ ad Cic. Sed nihil tāti fuit, quo vederem⁹** fidē nostrā & libertatē. id est: nihil tā aestimādū q̄ libertatē cōsumimus. Cic. in Catilinā. Est mihi tāti Quirites hui⁹ inuidiæ falsę atq; iniquę tēpestatem subire: dū mō a vobis hui⁹ belli nefarij piculū depellat̄. id est: Tā magno est̄ mo opēpcū tēpestatis hui⁹ subeūdē. Quo gñe loquēdi Budęus vsus est hoc in loco. Simile est illd Quintil. in. vii. An etiā tāti putauerit poenā subire. Cic. in Verrē. Hic tibi in mētē nō venit, hoc quoq; iubere vt referret i tabu- las: fuit tāti, mihi crede: haberes qd defenderes, id est: oīno id faciēdū erat, si prudēs homo fuiffes. Vulgo dicit̄: res hoc poscebat: & digna res erat i qua id fieret. Plin. i eplis. Magno mihi ratio seu facilitas stetit: sed fuit tāti: nā re- gione tota & foīa remissionis & nouitas laudat̄. Vfus aut hui⁹ vocis nō cui libet i prōptu est: qā nō vni⁹ modī est. τὸν πολλὸν ἴν, τὸν ἰσοσῶς dici pōt.  
**Diffundimur & exhilaramur.** Diffundi est hilarari, vt cōfundi tristari: hoc est διαχεῖσθαι: & contrahi συσῆλκεσθαι, Cic. in Lælio. Virtus vero cū in multis reb⁹ in amicitia, tenera atq; tractabilis est: vt & bonis amici diffun- dat̄, & incōmodis cōtrahat̄. Livi⁹. Cōfusam eā cū forte pater vidisset, pūctas- tus est, Satin saluet̄. Saape tñ pro perturbato ponit̄: vt idē. Colligit & ipse Alexamenes animū cōfusum tātē cogitatione rei. & Curtius. Ore confuso notas magnę pturbationis p̄ se ferens. Quo mō hoc in loco accipi potest: nā tristitia est ægritudo & perturbatio animi a trāquillitate defecti.

*Sinus*

*Interufu-  
rium.  
δμεταξὺ  
τόκος.  
Tāti esse.*

*τὸν πολλὸν ἴν  
τὸν ἰσοσῶ-  
ς.  
Diffundi.  
Cōfundi.  
Cōtrahi.  
διαχεῖσθαι  
συσῆλκε-  
σθαι.  
Tristitia.*

Siquidē ita fert bonorū presentīū atq; eorū quę in spe po-  
 sita sunt cōmerciū, si recte ratiocinere, vt tā dispendiosissī-  
 ma sit horū cū illis permutatio, q̄ maximū impresentiarū  
 afferre cōpendiū existimatur. Abige hinc aliquātis per ne-  
 bulā sensus cōmunis & popularis, quę tibi ipsa mihiq; libe-  
 rum aufert conspectū perspiciētīaq; veritatis, & intellectui  
 tuo excute atq; exprime exactā attentionē eorū quę iis elo-  
 giis contestata sunt, quorum fidem tute colis in primis &  
 veneraris: illicet inuenies in transenna peregrinę huius vi-  
 tē tabernaculiq; tēporariū innumeras cōcinnatas esse deci-  
 pulas, versuti illius solertisq; aucupis animarum: vt nisi in  
 vita, suspēso gradu & tāq̄ in via muricata cum suspiciōne  
 anxia peruigiliq; cautione pergamus, laqueis mox illis  
 Vulcaniis imprudētes indutū nos eamus, q̄ oculis nō pro-  
 uidētur. Quocirca sapiētes illi prisci quorū respōsis & au-  
 thoritate exigēde huius vitę disciplinā stare, cōuenit inter  
 oēs q̄ initia bona fide susceperūt & amplectūtur nostrę re-  
 ligionis: nō modo puidēdas & p̄cauēdas, sed etiā auersan-  
 das eas esse vitę partes cēsuerūt lōgeq; fugiēdas: q̄ frequē-  
 tibus rerū secūdarū illecebris captiōnis, fraudis, & impo-  
 posturę suspiciōnē p̄ferūt. Quo etiā magis mirū est tanta  
 nos cęcitate mētis p̄ditos esse, vt qcqd nō prospere, nō for-  
 tunate, nō ex sentētia accidit, male, secus, incōmode cessisse  
 p̄iudicio sensus cōmunis ipsi illico pnūciātes, cū ipsa etiā  
 Prouidētia aut iniuriā corporis, aut damnū in fortunis da-  
 tū, aut pauperiem factā in censu impie expostulemus.

Trāsenna

In trāsenna peregrinę. Trāsenna funis est traiectus: vt auctor est Serui-  
 exponēs illud Maronianū: Volucrem traiecto in fune colūbā. Et transenna  
 laqueus est e fune traiecto depēdēs. Plaut. in Persa. Hūc ego hodie in trāsen-  
 nā doctis ducā dolis: Itaq; huic insidię paratę sunt. & in Rudēte. In ætate  
 hominū plurimę sūt trāsennę. vbi decipiunt dolis: atq; ædepol in eas ple-

rūq; esca imponit. Cic. in. j. Orat. pro ædificio trāsuerso posuisse videtur, qd̄  
 inter duo ædificia traiectū est: vel tabulato traiecto. Quā cōstructā (inquit)  
 vno in loco quasi p̄ transfennā p̄tereūtes aspeximus. Hic metaphoricę vita  
 tēporaria, & fluxa bonorū: fruitio, trāsenna appellat: quasi momētanea. Ho-  
 mo. n. vt editus est in mūdo, res seculares quasi p̄ trāsennā aspicit: & postea  
 interit. A die. n. natali statim cedit dies mortis: vt superius dictū est.

f Concinnatas: artificiose structas.

r In via muricata: muricibus sparsa, qui gręcis triboli dicuntur. In quā-  
 cūq; enim partem incubuerint, ternos aculeos infestos habent.

v Conuenit inter omnes: est in confesso.

x P̄iudicio sensus cōmunis. i. sensu communi hoc veluti p̄iudicatum  
 afferenti: In cuius sententiam etiā ratiocinatio pedibus ire solet. Quid  
 sit videbis in lege, fundum de exceptionibus.

Murices.  
 τριβολοι.  
 Cōuenit.

Liber Tertius de Contemptu Rerum  
 Fortuitarum.



VÆ Superioribus libris diximus,  
 Draco frater, esse eiusmodi non ne-  
 scius sum, vt in iis differēdis fudisse  
 verba videri magis possim lectori-  
 bus, philosophastriq; more cuiuspiā  
 in mores declamitalle, q̄ aut persua-  
 sionis aculeum in cordibus fixisse le-  
 ctitantiū: aut mea ipse p̄cordia ra-  
 ta atq; tenaci equanimitate tinxisse.

a Fudisse verba magis. Fudere verba, est copiose loq; & facile *εὐεστολογεῖν*.  
 Cic. li. iij. de Orat. Antipater Sidoni⁹ solitus est versus hexametros aliosq;  
 variis modis atq; numeris fundere ex tpe. Plaut. En mōstrū mulieris: tātu  
 la tāta verba funditat. Idē Cic. in Tusc. Sæpe q̄siui qd̄ haberēt, qd̄ in bonis  
 relinquerent, si illa detraxissent: nisi vellent voces inaneis fundere. Apud  
 oratores gręcos duobus his verbis id exprimitur: *σπαθᾶν* & *ῥα-τῶδ' εἶν*.

Fudere  
 verba.  
*εὐεστολο-*  
*γεῖν.*

b Persuasionis aculeū. Plini⁹ ad Tacitū scribēs, verba Eupolidis de Pericle  
 hæc refert, *καὶ μόνος τῷ ῥητόρων δ' κέντρον κατέλαπε τῶς ἀκροατοῦσις*.  
 Vnus (inqt) Pericles inter oratores aculeū relinquebat audientibus,  
 c Equanimitate tinxisse. Tingere leuiter est imbuere. Cice. Cornelia pa-  
 tris elegātia tincta. & de Orat. Sit. n. mihi tinctus literis: audierit aliquid:  
 legerit. id est: sit mediocri literatura p̄ditus, vt in eo appareat doctrinā.  
 Celsus. Superimponi debet spongia ex vino & rosa tincta.

*σπαθᾶν*.  
*ῥα-τῶδ' εἶν*  
 Tingere.

Ista quidē speciosa dictu sunt & auditu (dicet aliquis) sed quotum quenq; videas eam viuēdi viā ingredi, obfita iā spīnis & obsoletā: in eaq; cursum cōtendere tenore pertinaci? Ita est profecto: nec me cum hęc dicerē latebat, rationē istā cū aut ad vrentē dolorem, aut ad angentē animi ægritudinē ventū est, pedēq; (vt ita dicā) inferendū in aciem rerum paulo acerbiorum: tam esse arduam subductu atq; intractabilē, q̄ est ipsa in certaminis meditatione secura procliuis ad dicendū, atq; ad ratiocinādū ductilis. Id adeo cognoscere sepe mihi rerum ex euentibus contigit. Nā cū attentiore rerum fortuitarū cogitatione, pulchre me interdum cōparasse viderer, quasiq; prolusione confirmasse ad incōmodiorū casuū impetus excipiēdos, nullo, aut leui tumultu, sensu nōnunq; & ingemui constantiā ac rationē mihi in re presentī nō modo ex animo, sed etiā e vultu, ex oculis, ex ore deniq; linguaq; excidisse. Verum quo difficilius mihi videtur indignitates errore humano cōparatas quasiq; iure recepto moribus constitutas, simul exorbitanteis a recto tramite mores ita reprehendere vt caueamus atq; vitemus: eo digniorē rē esse duco in qua studiosi viri philosophiq; reuerentes omneis animi vires cōtēdere insistāt & exercere, nihilq; libentius ipse facio q̄ vt in ea cōmētatione immorer, inuigilē & indormiscā. Ceterum cum nec in illa via laxa, p̄ quā fortuna pignora sua sarcinasq; vel verius impedimenta transuehit: nec in hoc rursus tramite astricto qui illā interfecat, vestigia vlla visantur retrorsum ferentia: de eo vtiq; ipsi quod humanitus sciri nequit, ea cōsulere oracula debemus: quibus aduentantibus Delphica vaticinia aliaq; cesserunt. Quippe si in rem vsq; presentē assensum fidemq; sustineamus, sera rerum visendarū horrendarūq; persuasio

vertet in sciētia: que nihil tū iuuabit. Proinde germane mi, vt in aliquod tibi tadē Epimythium hic apologus euadat: quū tot absurda, indecora, indigna pudēda, Fortunā in vita designare videamus, doctrinē rectē cōsentaneū est, vt in virū constantē disciplinēq; diuinæ retinentem querelæ stoma- machosē non cadant ob pauperiem in cēsu suo forte factā,

- d **¶** Arduam subductu. Ducitur ratio & subducitur, id est colligitur. Subducere.
- e **¶** Impetus excipiēdos. Excipere est cōposite & sine tumultu obsistere. Quin- Excipere.
- til. Cū interim gladiatorē vehemētis impetus excipit aduersarij mollis articulus. Licet intelligi possit p̄ improuiso occupat & arte superat: vt Excipit incautum. In superiore illa significatione δέχεσθαι & ὑποδέχεσθαι græci dicunt. Dicitur etiam sustinere. δέχεσθαι ὑποδέχεσθαι.
- f **¶** Excidisse. Cic. Isti color immutatus est: vultus, oratio, mēs deniq; excidit.
- g **¶** Vel verius impedimēta. Hic est dilogia figura. Impedimēta sunt sarcinæ maiores, & iumenta sarcinaria, græce ἀποσκόνη dicuntur. Et impedimenta sunt quæ nobis agentibus incōmoda sunt. Figurate igitur significat, minus suffarcinatos esse oportere, qui vere pieq; philosophari insisterunt: Nec enim fortunatos esse magnopere expedire, nec diuitijs oneratos, qui iter ad superos contendere cœperunt. Impedimētum. ἀποσκόνη.
- h **¶** Vestigia retrorsum ferentia: Ad superstites scilicet redeuntium.
- i **¶** Vaticinia cesserunt: responsa dare desierunt.
- k **¶** Assensum sustinere, est nondū fidem accommodare. ἐπέχην πῶσιν καταθέσειν. Cic. in Tuscul. Sed nescio quo modo dū lego librum, assentior: cū posui, assensio omnis elabitur. Dicitur & simpliciter a græcis, ἐπέχω πῶσι τῶν τούτων: hoc est, retineo assensionem. Vnde ἐφεκτικοὶ dicti Academici, vt superius diximus: & epoche apud Cic. in Acad. Assensū sustinere. ἐπέχην πῶσι τῶν τούτων ἐφεκτικοί.
- l **¶** Vt in aliqd tibi tadē epimythiū. Epimythiū est qd̄ fabulę addit: vt cū apologi rationē & sententiā auctores mythologici at textūt: vt sunt apud Æsopū appēdices fabularū: quasi affabulationes. Sūt autē Apologi fabulę ad mores formādos instituēdosq; pertinētes. Cic. in. ij. de orat. Ad hoc gen<sup>o</sup> ascribam<sup>o</sup> narrationes apologorū. A pud Plautū, apologū facere est narrationē cōmētiā facere. Hic autē metaphorice pro lōga cōmemoratione ponitur. Epimythium. Apolog<sup>o</sup>. Apologū facere.
- m **¶** Stomachosē: indignationis plenæ. **¶** Ob pauperiē in cēsu suo. Pauperies hic nō, vt apud Horat. p̄ paupertate: sed p̄ dāno ponit. Vlpianus in titulo, si quadrupes pauperiē fecisse dicat: Si quadrupes (inqt) pauperiē fecisse dicat: actio ex lege. xii. tabularū descēdit. Quę lex voluit aut dari id animal quod noxiam cōmisit, aut estimationē noxię. Plut. in Solone, νόμον ἐλάβης τῆν τετραπόδων vocat. Nam quod in seruis noxa dicitur, vt supra dictum est, & noxam nocere: id in brutis, pauperiem facere vocabant. Pauperies. Noxa.

aut propter negociū tranquillitatis faceffitū, aut laceffitam morbo vitiove corporis sanitate. Nū si videam hodie fortuna habente comitia, summāq; rerum tenete, lippos apponi speculatores in arcibus & sacris & profanis, antistites designari qui oracula exaudire nequeant, vigiles & excubitores in repub. homines somniculosos & oscitateis, custodes sacrorū profanorūq; queis nec respectare nec circūspectare aut placeat aut vacet, precones rerū vociferadarum homines fuscę vocis aut exigue, concionatores eos qui in perpetuum irraucuerint, gubernatores in tempestate naufeatores, præcursores eligi ex natione anhelatorū, præfidiarios qui loco stare non possint, designatores qui ordinis & decretus rationē nullā habeāt, interpretes & responsituros linguarum non habeant cōmerciū: nū (inquā) si huiusmodi multa videmus idignitatis plena, que facinora haud dubie Fortunę iudicāda sunt atq; temeritatis, stultorū ideo querimoniis subscribere debemus, ac cœlum terrāq; (vt dicitur) permiscere: Dii meliora, inquis, Sed tamē priuatim dolentem iuuat dolori suo ingemiscere: & publico vulnere piū est lachrymas nō negare. Nemo it inficias, nec tā esse durā atq; immitē philosophiā ceseo, vt humanitatē ab homine cōuellere conetur. Ob hęc etiā & eiusmodi cōdolere debemus reipu. nō nostrā priuatim ipsorū vicem dolere magnopere, aut inepte quiritari, aut cœlum vocibus & murmure fatigare, si censurā gerente Fortuna optimus quisq; & doctissimus præteritus est in ordinum recensione.

Habere comitia.

¶ Habente comitia. Habere comitia dicebatur is qui comitijs præerat designandis magistratibus. Is autē multum poterat. Significat igitur hodie fortunā in ornādīs hoibus, honoribusq; & cōmodis publicis afficiēdis plus posse & valere, q̄ dignitatē & decus reip. ¶ Speculatores in arcibus. Speculatores sunt episcopi, & ij qui præcipuā auctoritatē habent in administrāda

rep. Sic. n. in sacris scriptis vocant. Est metaphora ab ijs qui speculis vrbū præfati sunt. ¶ Antistites olim sanorū erant: qb̄ interpretib; dii responsa sua dabant. ¶ Qui oracula exaudire nequeūt: id est intelligere. Hic significatur episcopi literarum ignari.

¶ Quis nec respectare nec circūspectare. Id qd̄ facere, custodis est vigilatis.

¶ Precones rerū vociferadarū: sunt illi q̄ in rebus perperā administratis, & cū res ad summā indignitatē licetiāq; noxiā puenerunt, exclamare deberēt vt publicam vicem dolentes: & eos tamen videmus silentio indulgere, ne in offensionem præpotentium impingant.

¶ Homines fuscę vocis aut exigue: qui hiscere vix audent.

¶ In perpetuū aut irraucescūt ij q̄ semp̄ aliqd̄ causant quo min⁹ palā rep̄ hende eis liceat q̄ secus admittunt a potētib;: q; veritatē p̄ferēde nōdū tep⁹ venisse excusant. Trāslatio ab ijs cōcionatorib; qui raudicem cōtraxerunt.

¶ Naufeatores. Naufeare vero eos dicit gubernatores, qui in estu & iactatione maris, id est in seditione populi, vel in rebus turbulētis, virtute ac robore animi destituunt: & præ inertia atq; ignauia difficultati cedunt.

¶ Anhelatorum: qui asthma morbo laborant.

¶ Designatores: hos magistros cerimoniarum vulgus appellat.

¶ Interpretes: hos greci ἰερῶν ἀποστόλων appellant, legū & cerimoniarū interpretes.

¶ Qui linguarū. i. glossematū, nō habēt cōmerciū i. q̄ verborū enarrationē ignorant. ¶ Que haud dubie fortunę: non prouidentię.

¶ Temeritatis, casus temerarij.

¶ Dij meliora: pro eo quod est, absit.

¶ Cōdolere debem⁹. Vicē nostrā dolere, est ppter incōmoda priuata dolere. Vicē autē publicā dolere, est qd̄ vulgo dicūt, zelo reipu. Est autē figurata locutio: vt docet Prisc. de cōstructione. Cice. in Verrē, alienā vicē dolere dixit. & in Bruto: Teq; Bruti dolētē vicē, quasiq; defleuisse iudiciorū vastitatem & in capt. Neq; de hac re negociū est, quin male occidā, oppetāq; pestē, heri vicē meāq;. i. nō mea tantū causa, sed etiā herili. Liui⁹. Stupētes iā tribunos, & suā iā vicē magis anxios, q̄ ei⁹ qui auxiliū ab se petebat: cōensus po. Ro. liberauit. Cic. Q̄ ille perēnis inimic⁹ nostrā vicē vlt⁹ est ipse sese. i. in sese poena afficiēdo occupauit officij nostrū. Liui⁹. Remittim⁹ hoc tibi, ne vicē nostrā irascaris. i. nostra causa. Qd̄ greci dicerent. τὸ πρὸς κατὰ χαρὴν ἐόμεθα σοι. μή μιν σιωπῆσαι. Dicunt & ὁ μὴ χάριν ἐχθρόμεθα, vicem tuam dolemus: & alia similiter.

¶ Præteritus est. Præteriti senatores (inquit Fest⁹) quōdā in opprobrio non præteriti erāt: Cēfores deinde queq; in senatu legerūt. Quo factū est, vt qui præteriti essent & loco moti: haberent ignominiosi. Cic. p̄ Plācio. Nec si a populo præteritus est, quē nō oportuit: a iudicib; cōdēnādus est, qui præteritus nō est. Præteriti in ordinū recensione, & inter alios nō noiatim recenseri. Quorum est apud Liuium crebra mentio. ἄμνηστος τοι grecę dicuntur. ἄμνηστος δὲ ἐν τῷ...

Designatores.

Vicē suā dolere.

Vicem.

Nam cuius est tandē stultitiæ a Fortuna exposcere moderamen rerū Prouidentie congruū? nisi si alex casus ad vi-  
ces stas redigi posse stomachando speramus: aut probi-  
tatē ac Fortunā in posterū contubernio cōsociari: vt tā co-  
piosissimus posthac quisq; sit q̄ est inopia indignissimus.  
At quanto prestabilius est hominē sese conditionēq; suam  
agnoscētē, occurfatrices istas curas, affectusq; interpellato-  
res mētis salubria cōmētaturē, ratione cōpescere & suppri-  
mere, q̄ aut animū ægritudine exesse, aut superū irā q̄relis  
laceffere: Proinde, vt inquit Poeta nobilissimus, mecū ipse  
ita aio: Desine fata dei flecti sperare q̄redo. Citius. n. Solis  
equos sistas: currūq; illū rapide procurfantē sustineas inhi-  
beasq; retro: q̄ id qd̄ cœli tulit volubilitas, ne eueniat ob-  
neas ægre ferēdo: aut ne hominū vita a primordiis mundi  
tranqllitate mulctata & requiete, in multa, varia, duraq; ca-  
suū offensacula publice priuatimq; incurrat, qn̄ Parcarum  
fusi miris fatosq; ambagibus inuoluti sūt & pplexi, qbus ex  
ipsis mētē & rationē extricare vix possis, si diutius obhese-  
ris explicare cupiēdo. Nouerit hoc primū q̄ indignari ob-  
ista ac vociferari institit: & veluti cū Prouidentia cū Deoq; v  
expostulare: nature leges antiquari nō posse citra vniuersi  
solutionem, nec cœli stellantis placita actaq; circūductum y  
iri ob vnus multorūve reclamantiū intercessionē. Nec em̄ 3  
(vt opinor) ob meam aut cuiusq; indignationem Lachesis a  
conuoluta iam pensa retorserit: nec irē meē impotētia de-  
territa dispensationē sortium retractauerit quā cœlo con-  
sulto instituit & peregit. Nisi Atropon quoq; inexorabilē  
(vt nomen eius indicat) fletibus ac lamentis flexam iri  
speramus, vadimoniasq; dilaturam capitis, aut etiam inter-  
lituram. Nec ideo tamen Fortunæ temeritatī liberi animi b

cervices submittere nos conuenit, sed vultus æquabilis cō-  
stantiam spirituumq; infractorum celsitudinem ante Dei  
conspectum deicere: in eiusq; Prouidentie fidem ac p̄fidi-  
um nos conferre omnibus cum fortunis. Summum autem  
dolorum omnium lenimentū est, æquus inter hæc animus:

k **C** Moderamen rerum Prouidentie congruum: id est rectum, & pro digni-  
tate hominum constitutum.

i **C** Stata: ratas & certas.

m **C** Stomachando: indignabunde querendo.

n **C** Contubernio sociari: vt simul sint & morentur.

o **C** Occurfatrices curas: infestas menti.

p **C** Affectus interpellatores: constitutionis animi.

q **C** Commentaturæ: salubria agituræ.

r **C** Laceffere: prouocare.

f **C** Quod cœli tulit volubilitas: quod ab affectione cœli causam habet.

t **C** Mulctata: priuata.

v **C** Fatorum ambagibus inuoluti. Ambages fatorum appellat inexplicabi-  
lem seriē rerum causarumq; diuinitus contextam: quā prouidentia mode-  
ratur ea lege quam destinationem vocant. ad eamq; moderationē Prouide-  
tia Parcarum functionib; vtitur. Quas Aristoteles ad tria tempora refert:  
p̄sens, p̄teritum, & futurum. Qui & fatū & parcas & Adrafiā, quam ali-  
qui perpetuam legem vocant, ad deum refert vnicum, in lib. de mundo.

Parcæ:

x **C** Citra vniuersi solutionem: id est sine mundi interitu.

y **C** Acta circūductum iri. Acta circūducere, est acta antiquare & delere. Pau-  
lus in titulo de re iudicata. Acta apud se habita, si partes consentiant, iudex  
potest ea die iubere circūduci: nisi vel negocium vel lis terminata est. Itidē  
Vlpianus de edicto circūducendo dicit, in titulo de iudicijs.

Acta cir-  
cūducere.

z **C** Reclamantium intercessionē. Intercessio est quā vulgo oppositionē voca-  
mus. Cic. de legibus. lib. iij. Nihil em̄ est minus ciuile & humanum, q̄ quicq;  
agi per vim. Parere iubet lex intercessori: quo nihil prestantius. Impediri  
enim bonam rem melius, q̄ concedi male. διαπορείω greci vocant.

Interces-  
sio.

a **C** Lachesis conuoluta iam pensa. Lachesis ad vitam futuram pertinet: vt  
Atropros ad iam transactam. Die enim natali vnicuiq; sua fors dei prou-  
identia obuēnit: propter qd̄ dicit, retorqueri qd̄ netū est non posse, indigna-  
tionem hominis. id est, ἐπιμεκλωσµων παλιν ἀνακεκλωδς. Id aut̄ quod  
de Parcæ antiqui tradiderunt, multiplicem habet intellectum: quare ad va-  
rios sensus Budæus hic alludit.

διαπορείω  
Lachesis.

b **C** Interlituram: deleturam.

c **C** Spirituū infractorū. i. fortunę iniquitati nō cedētū neq; succūbentium.



donum quidem ipse diuinum: non mentis arbitrariū in quālibet recte natura constitutę. Quo sane tanquā condimento rerum acerbiorum vtētes: Fortunę hominumq; iniurias atq; iniquitates: non tantum deuorare, sed etiam concoquere sic poterimus, ne damnum nobis ac detrimentum importasse videantur. Ad stomachum porro istum facient tria pręcipue perpenſa & æſtimata. Si per naturam rerum acri percurrentes intēctione nihil esse actiuosius natura animaduertamus: nihil imperiosius necessitate: nihil rectius Prouidentia. Etenim si tolerantia necessariam causam habet: superuacuum est utiq; quod cecidit ægre ferre, quum animus eger fortunę vulnus altius ægre ferēdo altiusq; sensim adigat: vimq; malī augeat & acerbet. Sin id a natura manat quod nos vrit: cur incusamus naturam, quę functione sua vtitur? Nam si in constitutione concretī hominis aberratum est: non naturę id vitium est, sed materię, quę sine subiecto nihil potest: pręsertim cum finis eius sit res in meliorem statum perducere atq; perfectiorem. At Prouidentiam prouocare, plenum est insanie, cum maiorem ipsa appellare iuris disceptatorem nequeamus, apud quem qua de re agitur, in iudicium deducatur. Reliquum est si non acquiescimus, vt cum fortuna damni dati experiamur: quę cum ipsa legibus soluta sit, immo legibus non teneatur, vtpote parens alex, q̄s pretor nobis actionem daturus sit non video: aut qua lege, qua formula iudicium sumus constituturi. At enim (dicat aliquis) noxa accepta gemere saltem liceat: intestinūq; dolorem querimonia lenire.

**¶** Non mentis arbitrarium: non positum in mentis potestate. Deuorare **¶** Non tantū deuorare. Deuorare iniuriā, est quoquomodo tolerare & transmittere. Cic. in Bruto. Hominū stultitias ac ineptias, quę nobis deuorande

sunt, non ferebat ille. id est, quę ad animū non sunt reuocande, nec stomachose æstimandę. Translatum videtur a cibis feruidis in os temere immisissis: vel a catapotijs amaris & pharmacis, quę cito deuorantur, nec regustantur. Idem in Philip. Paucorum dierum moleſtiam deuorare. Quintil. in. xi. Deuoret initio tædium illud, & lecta sepius reuoluendi, & quasi eundem cibum remandendi. id est: Vincat ipse tædium patientia & obstinatione animi: vt quibus amarulētum aliquid deuorandum est. Lingua vernacula prouerbialiter dicere solet, cum necessitas patientię nobis instat: glutiedum id esse tanquā lacte dulcius. Simile est deuorare pudorem, Apuleio. Tūc deuorato (inquit) pudore, & omni cunctatione dimota, sic ad aures domingę perfert. Aliter etiam vsurpatur hoc verbum: sed longū esset omnia explicare. Cicero pro eodem sorbere dicit: vt pro Murena. Multorum stultitiā perpeſsus est, arrogantiā pertulit, difficultatem exorbuit. Quoniā vero parū esset, indignitates deuorare, nisi etiam conficerentur, ita vt postea non recurrerent in os: ideo fit vt cōcoquere etiam cas dicat: vt Cicero ad fratrem scribens. De epistola (inquit) Vatinij risi. Sed me ab eo ita obseruari scio, vt eius ista odia non sorbeā solum, sed etiam concoquā. Sic: πείπει πῶν ὀργῶν Aristoteles quodā in loco dixit. & Homerus Iliados quarto. οὐ μὴν οὐδ' ἀχιλεύς θεῶν παῖς ἠϊκόμοιο μάχνα, ἀλλ' ἐπὶ νηυσὶ χόλον θυμᾶλγέα πέσσει. & itidem de Meleagro, Iliados. ix. τῆ ὄγε πῶκα τέλειον χόλον θυμᾶλγέα πέσσει. Porro quandoquidē stomacho concoquimus vorata: ideo subiungit.

**¶** Ad stomachum autem facient, id est ad animi equitatem: hoc enim aliquando significat. Cice. in epistolis. Consuetudo autem diuturna callū famobduxit stomacho meo. id est: iā ego hæc ferre coepi. Simile est illud Quintilianii lib. vi. Hęc aut Catonis animo, aut Ciceronis stomacho ferenda sunt. De cuius vocabuli significatione longa esset enarratio. Facere ad stomachum dixit Martialis. Sic Quint. lib. x. Nec versicolorem vestem bene adforensem puluerem facere.

**¶** Prouidentiam prouocare: id est, deum irritare.

**¶** Disceptatorem: iudicem.

**¶** Qua de re agitur: id est, quod in controuersiam cadit: vt dicit Cicero in topicis, & κρινομένων gręci dicunt.

**¶** Vt cum fortuna damni dati experiamur: verbum est iuris. Experiri est actionem intendere in iudicio. Paulus citans verba edicti prætorij in eum qui vi rapuit. Primo anno quo experiundi potestas fuit, in duplum: post annum in simplum actionem dabo. Cice. pro Quinti. Siquid in controuersiam veniret, intra parietes aut summo iure experiretur. Gręce ἀγωνία λέγεται, καὶ δίκην λαγχάνειν. Actio autem damni dati est ex lege Aquilia contra eum qui damnum intulit: appellaturq; damni iniuria dati, id est ἐλάβης δίκην.

**¶** Legibus non teneatur: quid sit teneri legibus dictū est in annot.

**¶** Noxa accepta: damno accepto.

Sorbere.

Cōcoquere.

πειπει πῶν ὀργῶν

Stomachus.

Disceptator.

κρινομένων

Experiri.

ἀγωνία λέγεται δίκην λαγχάνειν ἐλάβης δίκην

Liceat sane si id magnopere iuuat, quasi in vulnus iucum<sup>n</sup> bere, potius q̄ fomentū presentaneum querere : sed tamē si apud ipsam damni auctore quereris, apud nouercā quere<sup>op</sup> ris: q̄ couiciis ipsa gaudet & intolerantia. Si in v̄etos q̄relas effundis, indignū est homine docto. Apud Deū porro pau perie factā q̄ri innocēter qui potes ? qui in rerū etiā aduer<sup>q</sup> sarū cāpū hilariter descendere delectos suos iubet, messem scilicet illic facturos cetero cū scenore fructus redeūtis<sup>r</sup> laboris. Quare prisci illi Heroes dogmatis Christiani strenue sequaces & assertores, quorū animos Deus in supple<sup>r</sup> mētū abstractarū intelligētiarū iā inde ante æuū conditū delegerat, litasse fortunē tā p̄niciosum semp esse cēsuerūt, q̄ Diti patri litasse gētiles olim noxiū existimabāt, in cuius sacrificiis cōtraria semp exta lētiora esse arbitrabātur. In<sup>e</sup> de elogia illa innocētū animarū sanctarūq̄ famigerata, q̄ bus rerū secūdarū omē tāq̄ infaustū nefastūq̄ esse ac p̄cu<sup>r</sup> rādū videtur. Qd̄ tñ recta fide iā labefactata, lētis nūc ipsi<sup>v</sup> animis excipimus atq̄ gestietibus. Neq̄ tñ cū hec proderē ita integer ipse & sartus eram ab incōmodis aduetitiis & corporis & externis: nec ita immemor & securus cōditio<sup>x</sup> nis eorū quibus Fortuna inimicitias denūciauit, vt non fa<sup>x</sup> cile in rē presentē idētidē possem deducere animū : illicq̄<sup>y</sup> de ea re ipsa cognoscere anteq̄ pronūciarem. Non me tum fugiebat ita esse natura comparatum humanē mentis ca<sup>p</sup> ptum ad res æternas & cœlestes : vt coniecturā mortalis atq̄ commentationis ratio quantūuis exquisitē subducta :<sup>3a</sup> vix vnq̄ ita quadret & apta sit cum elogiis diuinis vatūq̄<sup>b</sup> sacrosanctorum, quin tolerantia atq̄ fortitudine prestan<sup>t</sup> ti opus sit, cum vel fortuna acerbe atrociterq̄ desauit, vel cum noxa illa stygia acriter tentet animum: stupereq̄ tum<sup>c</sup>

- n ¶ Quasi in vulnus incubere. Incumbere in vulnus, eorū est qui per igna- Incubere uiam cubant in partem sauciam: nec medico vulnus curādū prēbere susti- in vuln<sup>o</sup>. nent, aut certe fomento aliquo fouendum.
- o ¶ Damni auctorem: fortunam scilicet.
- p ¶ Apud nouercam quereris: a prouerbio ductum.
- q ¶ Si in ventos. Sic Lucanus in quinto: pereuntia tēpora fati Conqueror: in ventos impendo vota fretumq̄.
- r ¶ Redeūtis laboris. Redire verbū dicit tāq̄ de semine. Varro. li. i. Quare ob- Redire seruabis quātū valet regio ac gen<sup>o</sup> terrę: vt ex eodē semine aliubi cū decē redeat, aliubi cū quindecim. In Sybaritano dicunt etiā cū centesimo redire solitū. Theophrastus i octauo πεντηκοντάχρον & εκατόντάχρον dicit, quasi πεντηκοντάχρον. τάχρον. εκατόν- τάχρον.
- f ¶ In supplementū: tāq̄ de exercitu cœlesti dixit. Nā & Nazianzen<sup>o</sup> animas iā beatas, ωλιψωμα, id est supplementū, appellat: propter lapsum dæmonū. τάχρον. ωλιψωμα νόες.
- t ¶ Intelligētis abstractę sunt q̄ nūcij cœlestes, id est angeli dicunt. & νόες ap pellātur a Dionysio & Gregorio, & νοεραὶ φύσες, hoc est nature intellectu ales. Abstracta autē & separata dicunt, q̄ nō sunt materie immixta: forme. s. a materia seiuētē: & figure mathematicę, vt docet Themisthius in. iij. de aia. Aristo. in. x. Metaphysicon, ea q̄ separata nostri dicūt & abstracta, ipse τὰ ἄφαιρέσεως vocat. ὅ δὲ μαθηματικὸς (inquit ille) πῶς ἢ τὰ ἄφαιρέσεως θεωρίαν ποιεῖ. Qd̄ apte docet Themisthi<sup>o</sup> i lib. supradicto. Alibi χωριστὰ ἄφαιρέσεως.
- v ¶ dixit. ¶ Gestientibus, præter modum gaudio perfusis.
- x ¶ Inimicitias denūciauit. Denūciare inimicitias, p̄ translationē hic positū est. hoc est: q̄bus fortuna atrocē se & minacē infellāq̄ ostēdit. Est. n. id qd̄ vul gus diffidare appellat. Cic. Nō sum arbitratus quēq̄ nouas huic inimicitias nulla accepta iniuria denūciaturū. Sic denūciare seruitutē, id est minari, in Philip. & p̄ Murena, minitari ac denūciare indicium: id est delationē & accu sationē. Denūciare periculū, Cæsar. Cū neq̄ pollicitationibus (inquit) neq̄ denūciatione periculi permouere posset, oppugnare institit.
- y ¶ In rem præsentem: est in annotat. explicatum.
- 3 ¶ Commentationis: meditationis philosophicę.
- a ¶ Exquisite subducta. Subducere rationē est colligere. Plaut<sup>o</sup> Beat<sup>o</sup> videor: Subduce subduxi ratiūculā. Cic. Rationibusq̄ subductis sumā feci cogitationū mea: re rationē rū. Idē. Assidēt, subducūt: ad nūmū cōuenit. Et ratio diligētissime subducta, ap̄ Trāq̄. in Claudio. Sēsus autē hui<sup>o</sup> dicti huiuscemodi est. Mens humana q̄libet meditatione obfirmata, & lectiōe sacra instructa aduersus impet<sup>o</sup> ma lcsuade noxę. i. stygij malefici, & doloꝝ vrētū violētiam: par tñ certamini esse nequit. nisi gratia insup̄ diuina loricata sit. Cui<sup>o</sup> incōmodi causa est stu por sensus humani, & ratiōis inertia i appulsu doloris, q̄ meditationē vir tutis, & quasi prolusionē accōmodare in re p̄senti nequit necessitati.
- b ¶ Apta sit cum elogijs: id est cohærens.
- c ¶ Cum acriter tentat animum: ad concipiendas. s. noxias.

humana precordia non nescius sum, cum appulsus est aut cor  
 di, aut corpori sensus vehementis doloris: sed tamen experimēto  
 didici lectionē sacrā depultricē tādē esse affectuū immodi-  
 corū & aegritudinīs angētis: speiq; atq; adeo bonę cōcilia-  
 tricē, ex qua oritur æquanimitas. Accedit q; patiētīę cōtra  
 Fortunā sicariūq; illū spiritalē dimicāti, aduersarū illā rerū  
 telis, prauis hūc instinctibus grassantē animiq; exagitatio-  
 nibus, subsidia fere diuinitus rerū in articulis tempestiueq;  
 sumittuntur: q̄ cessurū alioq; animū iamīaq; manus aduer-  
 sis rebus laribusq; diris daturū, stare in vestigio faciūt: aut  
 ita cessim ire, vt tñ scutū nō abiciat. Vt cūq; cū in confesso  
 sit neminē esse fere in familia Domini qn fustuariū aliquā  
 do mereat: nimirū p̄stabilius est omnino hic qd̄ meruimus  
 p̄dere: q̄ in diē fati dilatos & ampliātos. Ditis lorario tra-  
 di: nos vt ipse beato, copioso, splendido, fortunatoq; funere  
 elatos obtorto collo ducat. Huius ipsius fustuariū cū in ca-  
 pite & in fortunis nōnullas vibices gerā, gesturusq; sum (vt  
 credo) reliquā partē vitę: sic quoq; tñ arbitror mecū clemē-  
 ter actū esse, pręut est multorū cōditio e natione fortunato-  
 rū. Et hęc sunt cōmercia cœli, nisi per impatiētīā conscle-  
 rādo animū derogarī: ipsi fidē cœlesti testimonio. Qz si  
 istis fortunatis mortalib; & beatulis aduersi interdū casus  
 copiā oblimarēt exuberātē: ecquis est doctrinę CHRISTI  
 retinens, qui non tum melius cū ipsis actū esse existimaret?

- ☞ Sicarium illum spiritalem: dæmonem.
- ☞ Pravis instinctibus grassantem: noxijs affectibus stimulantem.
- ☞ Laribus diris: dæmonibus.
- ☞ Cessim ire: i. cedendo se recipere.
- ☞ Quin fustuariū aliquādo mereatur, id est, q nō peccet, & ob id dignū sit q vapulet. Fustuarius est q legionarios fustibus cędebat ob delicta militaria. Cic. in Philip. Nā si ille cōsul erat: fustuariū meruerūt legiones, q cōsulē reliquerūt. Liu. lib. v. ab Vrbe cōd. Fustuariū meret q signa relinquit, aut p̄s-

Cessim  
 ire.  
 Fustuari⁹

dio decedit. Fustis aut validū baculū interdū significat: interdū virgā. Plī. Fustis,  
 lib. vij. Præliū Afri cōtra Ægyptios primi fecere fustibus, quos vocāt pha-  
 langas. Cic. in Ver. act. v. Custodes male multati fustibus ac clauis repellū-  
 tur. Idē in vlt. in Ver. Sex lictores illū circūfūtūt valentissimi, & ad pullā-  
 dos verberādoq; homines exercitatissimi: cędūt acerrime virgis. deinde p-  
 ximus licitor conuerso bacillo oculos tundere vehementissime cœpit. Virgas  
 & bacillos pro fustibus dixit: qui a flagris differebant, vt videre est in lege  
 seruorū, in titulo de poenis, in Pand. Fustuarius esse dici potest clauator, ex  
 Festo & Plauto: apud quē etiā calator dicit, quia claua etiā calum verbo grę  
 co dicitur. Fustuarium mereri sic dicebāt, vt nūc vulgus, meritus est ballo κάλου.  
 nātas, dicere solet. Lorarius autem dictio est vsitata apud comicos, vt apud Lorarius.  
 Plautum: pro eo qui loris vinciebat.

i ☞ Ampliātos: quid significet est in Annot. planum factum.

k ☞ Obtorto collo: prouerbialiter apud Ciceronem dicitur.

l ☞ Et in fortunis. Fortune, bona dicuntur & pignora. Liuius. Pleni fortune-  
 narum glorięq; triumphantes domum redibatis.

m ☞ In capite. Caput interdū p̄ existimatione ponit: interdū p̄ discrimine vi  
 tę. vt capitale crimen, & capitalis poena. Callistratus in. l. capitaliū. in titu.  
 de poenis. Et capitale, ad periculū capitis pertinēs: ob idq; metuendū. Cic. in  
 Verrē. Illud est capitale: illud est formidolosum: illud optimo cuiq; metuen-  
 dū. Et capitalis noxa Liuiō, ad caput pertinēs: lib. iij. ab Vrbe. Qui magi-  
 stratū sine prouocatione creasset, eū fas esset occidi: reue ea cædes capitali  
 noxę haberetur. Pro existimatione posuit, pro Quintio. Nā quid hoc in  
 quius C. Aquili: q̄ me, qui caput alterius formā fortunaq; defendā, primo  
 loco dicere? Agebatur. n. a Cicerone causa apud Aquilum iudicē, sponsio-  
 nis non criminis. Et in Ver. Diligenter caueret, ne quid esset in literis so-  
 ciorum, quod contra suū caput atq; existimationem valere posset.

n ☞ Vibices. i. μώλωπας: hoc est indicia verberum. Hic autem metaphoricę  
 intelligenda sunt incōmoda in corpore & in patrimonio accepta: noxę in  
 corporis infirmitate contractę, & iacturę in censu imminuto.

o ☞ Pręut est multorū conditio. Sic Plaut. in Amph. Perij mere, parū etiā  
 pręut fututū est prædicas. i. parū est hoc si cū eo cōpares qd̄ fututū est. Idem  
 alibi. Modestior nūc quidem est de verbis pręut dudū fuit. Alibi. Pantheū  
 diripuisse aiunt bacchas. nugas fuisse credo pręut est, quo pacto ego diuers-  
 sus distrahor. alibi præq; dixit. Sic dicit, vt prout. Hic ergo: pręut est mul-  
 torum conditio. ὡς τὸ πρὸς τὴν πρῶτον κατὰς αὐτὸν.

p ☞ E natione fortunatorum Natio pro secta & genere hominū. Cic. in Pis-  
 sonem. Dico venisse pene neminem, ne de officiosissima quidem natione  
 candidatorum. Et alibi sepe itidem.

q ☞ Et hęc sunt commercia cœli: his modis cœlum mereri possumus.

r ☞ Conscelerando animū: scelere obstringendo.

☞ Copiam oblimarent: circūciderent, imminuerent, deterrerent.

Clauator.  
 Calator.  
 Fortune-  
 Caput.  
 Capitala.  
 Vibices.  
 Pręut est  
 Natio.  
 Oblimo.

vt quibus haud dubie sanitatē mentis præstaret & conser-  
 uaret ille veluti missus sanguis redūdantiæ. Ceterum si in  
 huius rei disceptatione Musarum antistitis auctoritatē non  
 nefas est laudare, apud Homerum vatem Achilles conso-  
 labūdus ad Priamū supplicem libro Iliados vltimo ita in-  
 quit. Sinamus o Priame hosce cōcidere dolores luctusq; in  
 animo nostro, ac consopiri. nam cum mœroris nullus est ef-  
 fectus: tum etiam miseris diuinitus mortalibus hoc inditū  
 est: parcarumq; fusis implicatum & iniunctum: vt exigant  
 vitam per mœstitiā. Cum quo poetæ dicto conuenit hi-  
 storia Mosis de sententiā Dei luctum nobis laboremq; de-  
 nūciante perpetuum in vita. Qua sententiā in primum ipsa  
 parentem lata ac pronūciata ore diuino, genus hominum  
 tanq̄ in opus perpetuum damnatum esse videmus: cū sudo-  
 re quoq; vultus obeundū ac peragēdum. Hominem igitur  
 sese nosse oportet, id quod caput est & veluti fons humanę  
 sapientiæ, quo ex fonte ducuntur animi instituendū excolen-  
 diq; rationes. tū deinde nataliū suorū conditionem assidua  
 recordatione estimantē, cœlestiū quidē rerū & mente tātū  
 perceptarū admiratione sensim imbui, earūq; cōtēplationi  
 assuescere quoad eius facere potest, caducarū vero rerum &  
 ex materia aptarum fluxa atq; interitura, opiniōnē falsam,  
 iustoq; maiorem exuere cupiditatem. Sic fiet vt ipse hausta  
 veritatis imagine illustratus, iis de rebus non magnopere  
 laboret, queis adminiculatio animus esse nequit aut ad se  
 erigendū cū deiectus est & elāguis, aut facilius emergendū  
 cum in luto altius rerū seculariū hēsit. Hęc animi constitu-  
 tionem quasi quedā pedissequa comitabitur equanimitas,  
 quæ haud egris ipsa oculis exuberantiā in aliena segete vi-  
 det, vnaq; in sua calamitatē, in suo grege stragem, in vicini

foeturā. Quid. n. tādē refert si recte atq; ordine humana cōfi-  
 deremus, cumulētur nec ne facultates ex labore, an contra  
 veluti tabe quadā infortunii extenuentur & accidantur: si  
 quidem ex æquitate nobis animi labor vitę in summā p-  
 fecturus est eius spei quā fouemus? Tæcti q̄ est ista tādē bo-  
 norū extenuatio: cum ex calamitate tolerantiā haud dubie  
 messura sit qđ exuberet in preciū summi boni cōparandī,

**M**ittere sanguinē est qđ græci dicūt φλεβορμειν **Mittere**  
 .i. minuere sanguinē venificio. Inde p trāslationē dixit, mittere sanguinē **sanguinē.**  
 redūdantię. i. minuere patrimoniū populētū, qđ ita nocere videt animi trāgl **φλεβορμειν.**  
 litati, vt sanguis exuperās i corpe noxi⁹ est valetudini. Sic Cic. ad Atticū  
 lib. j. Nā & illd nō obest, videri nostrū testimoniū nō valuisse: Missus est san-  
 guis inuidię sine dolore. Supra. n. dixerat: Apđ bonos ijdē sum⁹ quos reliq  
 sti. id est: Antea nos regnare dictitabamur i iudicijs. Qz aut in iudicio Clo-  
 diano Ciceronis testimoniū a maiori iudiciū parte creditū nō erat: ideo di-  
 cit inuidiā ei⁹ potētij esse imminutā sine famę dispēdio. Quia notū erat,  
 corruptū illud fuisse iudiciū: & nūmarios iudices Clodiū absoluisse.

**N**ō nefas est laudare. i. citare. **P**arcarū fusis iplicitū. Sic. n. Homer⁹. ως δ **Laudare.**  
 επεκλώσεν θεοι δειλοισι εροσισι. **H**istoria Mosis. Geneleos cap. iij.  
**Q**uo ex fonte ducuntur. Sic Cic. in. v. de finibus. Quo inuento omnis ab  
 eo, quasi capite de summo bono & malo disputatio ducitur.

**M**ente tm̄ perceptarum. i. intelligibilium.  
**H**ausa veritatis imagine. Haurire imaginē est aīo cōcipere: vt Cyprian⁹ **Haurire**  
 ad Donatū de ispirata veritatis cognitiōe. Nec p moras (inqt) τειροζ λογα **imaginē!**  
 agnitiōe colligis: sed cōpēdio grē maturātis hauris. Hoc. n. verbū multipli-  
 citer vsurpat. vt: Vocēq; his aurib⁹ hausi. Et Liui⁹. Tūc eniuero oīs etas cur-  
 rere obuij prim⁹ qsq; oculis auribusq; tātū gaudiū haurire cupiētes. Haurire. **Haurire.**  
 n. nō tm̄ est aurīū: sed oīm etiā sensuū. Cic pro Cēlio. Vidi. n. vidi, & illū  
 hausi dolorē vel acerbissimū in vita: cū Q. Metellus abstraheret e sinu gre-  
 mioq; patriæ. Vbi oculis haussisse intelligo: etiā si in finibus de. Pōpeio lo-  
 quens ita inquit. Qui si mortem tū obuiisset: in amplissimis fortunis ob-  
 iuisset. Is propagatione vitę quot, quantos, q̄ incredibiles haussit calamita-  
 tes! Et pro domo sua: Si vtile fuit reip. haurire me vnū pro omnibus illam  
 indignissimam calamitatē: quasi sensibus omnibus percipere.

**E**xtenuent & accidantur. Accidere est extenuare, oblimare, circūcidere, **Accidere.**  
 exhaurire. Liuius. Ita prælio vno accidit Vestinorum res, vt ne vallo qui-  
 dem freti, in oppida dilaberentur. Idem. Qz q̄ accifas res eorum satis cōsta-  
 bat. id est εικτε συχια μωας, seu κατηναλω μωας.

ad quem veluti scopū omnia referuntur & spectat humanæ mentis consulta, decreta, atq; elaborata: etiã si rari sunt homines qui collineent? Qui vero incõposito animo atq; indignabũdo cõtینگētũ rerũ euetus excipiunt & prosequuntur: quid aliud tandẽ miserĩ q̃ segetẽ (vt ita loquar) vertunt e laborũ suorũ atq; sudorũ, irritiq; spei suę euadũt, & ære stipendioq; diruti ærumnę exanclate, cũ eo quoq; vt insuper scelere se obstringant capitalis cõtumacię? Quippe laborũ nostrorum curarũq; fructus non euentu secũdo constat & exoptato, sed æquitate tm̃ animi: quę res vna demũ iustũ operę precium statuit mortalibus ob ærumnas vitę exhaustas: neq; vllum est obsequiũ (vt opinor) dũtaxat secundũ charitatem piã numeris suis omnibus absolutam: quo vberiozem gratiam locupletioręq; a deo summo inire ab ipsaq; prouidentia possimus: q̃ hac ipsa virtute cũ pietate suscepta constatq; perlata. Iam illud quantopere dicam valere ad id quod nũc agimus: (neq; enim id quisq; inficia ri potest, qui quidem certe in CHRISTI verba adactum esse se cõmeminerit: ne de eo quidem assensum sustinere) Prouidẽtiã ipsam sollicitã esse quodã modo vicem nostrã, seduloq; curare nequid a nobis externę opĩs desideretur: quũ ipsam interim nihil fallere possit eorũ quę e re nostra & salute sunt æterna? Propius etiã accedam, vrgeboq; acrius. Velim vt eodẽ in vestigio manens quispiã fortuna torũ rogãti mihi respõdeat (quãdo res dilationis nõ est) Quęro igitur ex eo quisquis erit obuius, nũ qui vehemẽti vel quęrdi angore vel quęsita speratave amittẽdi pauore aut mœrore cruciãtur, insontes apud Deũ esse possint: quisq; frugi se homines & puidos ipsi pbare Prouidẽtię? an incuriã sui potius eidẽ exprobrare videãtur Prouidentia:

aut certe cõniuẽtiã soporẽve in suo discrimine, aut iudiciũ suũ iudicio diuino anteponere, meliusq; se nosse existimare quę sibi cõmoda atq; incõmoda sint? Quanto igitur satius est? quanto & ad pietatem innocentius, & ad inopiã debitatęq; consiliũ humani appositius: in tã alta rerũ caligine

- d ¶ Qui collineent. Collineare est qđ gręci dicũt κατὰ σκοπεῖν: hoc est, ὡς ὁ σκοπεῖν κατὰ σκοπεῖν: linearũq; visualiũ contentiõẽ ita regere vt a scopulo are. proposito nõ aberremus, cũ sagittã arcu vel scorpione mittimus. nũc albũ κατὰ σκοπεῖν. figere dicunt. Cic. lib. iij. de finibus. Vt sicui ppositũ sit collineare hãtã alię quo aut sagittam: sicut nos vltimũ in bonis ducimus, sic illi facere omnia quę possit vt collineet. Alibi pro eodẽ collimare legitur: qđ a limis oculis Collimare. deriuatũ est. Solent. n. δι σκοπεῖν ὁμοῦ .i. intendentes in scopum figẽdum re. limis aspicere, alteroq; oculo nictare. Vtrũq; autem opinor recte dici posse. Martianus Capella lucem collineatam dixit.
- e ¶ Quę segetem vertit. Segetẽ vertere quid sit, ex Plinio intelligi, li. xviiij. Vertere segetem. In hoc tps interuallo lupinũ stercoreãdi causa vertit. i. inaratur: hoc est ara tro obruit. Inde q; factũ vt vertere p euertere ponat. Cic. lib. j. of. Qui cum bello Pelopõnesiaco multa fecisset egregie, ad extremũ vertit omnia.
- f ¶ Ære stipendioq; diruti: erasi e numeris militaribus, stipediõq; cassi. De Diruti: quo verbo in annotat. dictum est. are.
- g ¶ Assensum sustinere. i. suspendere.
- h ¶ Nequid externę opĩs: extrinsecus quęrendę.
- i ¶ Eodem in vestigio manens. i. ex tempore.
- k ¶ Quando res dilationis non est. In promptu enim est responsio.
- l ¶ Vel quęrdi angore. Angor a Cicerone dicitur quę ab alijs anxietas. vt Angor. in finibus. Angore & metu conficiuntur. Alibi. Nam & lætamur amicorũ letitia æque ac nostra: & pariter dolemus angoribus.
- m ¶ Se probare Prouidentia: supra explicatum est quid significet.
- n ¶ Eidẽ exprobrata. Exprobrare interdũ obijcere est culpã nõ verbis, sed re & aliquo factõ. vt Pl. in eplis. Nã mala emptio semp ingrata, eo q; exprobrare stultitiã dño videt. Tacit. Corbulo cũ suis copijs ad ripã Euphratis obui? Peto, nõ eã speciẽ insigniũ & armorũ ptulit, vt diuersitatẽ exprobraret. i. vt species & decore exercit? ei? cõspiciã faceret Peti exercit? deformitatẽ. Sic Seneca ad Martiã. Equestri insidēs i sacra via Chloelia exprobrat iuuenib? nostris puluinũ ascēdētib?, in ea illos vrbe sic ingredi, in qua etiã foeminas equo donauim?. Hęc significatio æqualis (vt opinor) fuit ei? seculi: sicut & alię multę distiões, nõ ideo min? pbę, cõtra quam aliq viri egregie docti opinãtur. Exprobrare in hoc sensũ, κατὰ ἴσιν dici potest, & κατὰ ἴσιν ἴσιν.

deprehenſos in fidem & clementiam Prouidentia nos noſtraq; pignora permittere: q̄ aut Fortunæ opem implorare quali fortunatricis: aut cœlum terræ miſcere (vt dictū eſt) querelas, gemitus, ineptiaſq; ingeminando, mœrentēq; nobis conſciſcendo egritudinē, quæ ſepe ex eſt animū. At rerū aduerſarū acriores ſunt experiundo ſtimulī, q̄ vt meditata in umbraculis aduerſus eos ratio prouidere ſatis poſſit: in eoſq; inſtruere ſe animī cōſiliūq; præſentia, & ita obfirmare vt par ſit ipſa inſtantī præſentiq; dimicationī. Hoc valeat in eos qui umbratili tantū palæſtra periculum ſui fecerunt non itē in eos quibus in cāpū descendere contigit, in ſoleq; æſtuare. Tu aliquando frater tyrociniū rerū aduerſarū patientiæ feciſti humanęq; iniquitatis. Ipſe etiā rudimēta poſuiſſe me confido. Certe in hac animī palæſtra omni genere exercitus ſum, vt ſi quis vnq̄ meorū equaliū eiūdemq; ordinis & claſſis: nec in hac mea exercitatione lætæ triſtiſq; fortunę facies, vices cōmutarunt inter ſe: eadē ipſe fere vnq; expertus ſum Fortunā, quā ancipitē alii variamq; nouere. Quo fit vt ſecurus in futurū iam eam: alterniſq; annis huiſcemodī mulctas expectē ab illa quæ dicitur eſſe rerū arbitra, quales hætenus pertuli: eaſq; quali ſolēnes quaſdam ſanguinis miſſiones non metuēdas eſſe putē tametiſi nō redundantis, præſertim hac ætate. Quare pedibus haud illotis accedere ad præſidiū philoſophiæ poſſumus quali iā tyrunculi tantoq; ſacramento adacti. Qui ſi fide bona ex animiq; ſententiā in ditionem eiū tranſierimus: non tēpori neceſſitatiq; ſeruientes, quid iā obſtat quo minus fidēter atq; alacriter induamus eiū arma, teſſerāq; ab ea peram? Deo bene iuuāte: Id ſi nobis cōtigerit: (ſuperi immortales) qd̄ magnificentiū ad vitā e dignitate Encyclopædię traducē.

dam, q̄ q̄ nouerca illa honeſtarū elegantūq; diſciplinārū: nec rictum nobis diducere pro arbitrato ſuo, nec contrahere poterit? Atqui rerum omnium facultate copiaq; deſtitutis: omni itē cōſilio defectis (qd̄ mihi accidere niſi vi maiore nō poteſt) illud ſaltē ſubſidiū ſupeſt, vt iter dedititios Prouidentię, nedū inter alumnos Philoſophiæ profiteantur.

o ¶ Caligine deprehenſos Deprehenſus dicit, qui in ſumma difficultate ſuſpet animo, & inopia cōſilij oppreſſus eſt. Quint. in. xij. Vt parua quædam in anguſtijs mobilia, in cāpo deprehenduntur. Curtius in quinto. Tūc hæſitabat deprehēſa felicitas: nec aliud remedium erat, q̄ reuertī qua venerat. Et rurfus Quintil. in decimo. Vt neq; deprehēſus orator, neq; litigator deſtitutus eſſe videatur.

Dephēſus

p ¶ At rerum aduerſarum &c. Eſt anthypophora.

q ¶ In ſole æſtuare. Sol & puluis, pro vero & iuſto certamine: nō ludicro, nec umbratili, vt palæſtritarum.

x ¶ Solennes ſanguinis miſſiones: id eſt anniuerſarias.

f ¶ Non redundantis. Hoc dicit propter patrimonium compositum magis q̄ copioſum.

t ¶ Præſertim hac ætate: iam grandiore, nondum tamen exanguī.

v ¶ Quasi iā tyrunculi. Reſpondet præſidio, quæ dictio ad rē militarē ptinet vt etiā ſacramentū. Liuius lib. vij. Dictator cū tu multus Gallici cauſa iuſtitū edixiſſet: oēs iuniores ſacramēto adegit, ingētūq; exercitu præfectus eſt.

x ¶ Qui ſi fide bona: id eſt non ſimulata.

y ¶ Encyclopædię. Vide in Annotat. quid ſit.

z ¶ Nec rictum nobis diducere &c. id eſt: nec ad hilaritatem impellere, nec ad inceſſitiā. Horatius. Ergo non ſatis eſt riſu diducere rictum. Rictus eſt oris diſſentio, qualis eſſe ſolet in ridentibus. A græcis gelafinus dicitur: quo verbo uſus eſt Martialis. Rictus etiā pro minaci habitu oris ponit. Cic. in Ver.

Rictus.

de Herculis ſtatua. Viſque adeo vt rict⁹ ei⁹ atq; mētū ſit paulo atrocioſus. Traſtū hoc a canibus dū ringunt. Quintil. Obſeruandū ne labra torqueant: ne immodicus hiatus rictū diſtēdat. id eſt, os in ringētis modū for met. A liter Iuena. accepit, cū inq;: Ipſe ad cōſpectū cœnę diducere rictum Cōtētus. i. os aperire. Cōtrahere rictū, eoz eſt qui mœſti aut medītābundi ſunt. qd̄ eſt σν

Cōtrahere

50 μωσ διακείδῃ. In illo vero Ciceronis exēplo, δ̄ σεσηκός, pprie dici poteſt.

re rictū.

o ¶ Dedititij ſunt ἐκδοτοί id eſt, ij qui ſe permittūt alienæ voluntati. Qd̄ non niſi in extrema ſit inopia cōſilij & præſidij: vt Cāpani olim Romanis ſe dederūt. Liuius. Itaq; populū Cāpanū urbemq; Capuam, agros, delubra deum, humanaq; omnia in veſtrā populūq; Romani deditiōnem dedimus: quicquid deinde patiemur, dedititij veſtri paſſuri.

σνσ μωσ

διακείδῃ

σεσηκός.

ἐκδοτοί.

quibus (vt opinor) ipsis fartos tectos esse licet ab vltimis b  
 exemplis indignitatis. Mediocria autem & obsoleta Fortu e  
 ne incōmoda, quid aliud q̄ labores sunt iniuncti hominī dī  
 uinitus, legitimæq; exercitationes palæstræ euangelicæ in  
 campo luctus atq; mœroris? Itaq; has veluti sarcinas clitel  
 lares a Deo impositas & obligatas, q̄ maxime quisq; æqui  
 est ac sui noscitantis animi, gnariq; cōditionis humane: tā  
 obsequiosissime fert ipse vel verius officiosissime. Qz siquā  
 do ferēdo perferēdoq; onerī non est animus debiliore for  
 tasse tēperatura constitutus (id enim accidere videmus in  
 terdum, sed sepius hominū ignauia, q̄ iniquitate onerum) a  
 Prouidentie tum partes sunt ita de insonte animo statuere  
 ne fraudi sit cuiq; qd̄ non sua culpa euenit, fieriq; nequit ni e  
 si lex diuina abrogetur, quin laboris ac tolerantie hominī  
 bus constet tandem ratio q̄ amplissime. Verum futura  
 non prouidentes ii qui aduersarum rerum insolentes sunt,  
 euenta incommode excipientes grauiter de se consulunt, fg  
 sepe ad subita casuum percussos illos videas: ignauoq; ani  
 mi deliquio concidentes atq; exanimatos. Sed exitiabilis  
 est q; interdum rationis frenos respuimus, impotentes ani  
 mi, & sciētes prudētesq; mala malis cumulam⁹. Hoc vetat  
 philosophia interdīto sacrosancto retinēde mordicus reue  
 h  
 rētie Dei atq; tēperatiē. Qz si iā ipsi noxā incauti admiseri  
 i  
 mus, mox in gradū ipsa nos reponit ac restituit, interdīto  
 h  
 eiusdē recuperandē, vnde scilicet iræ impotentia nos eiecit  
 aut dimouit. Pudere enim pigereq; debet hominem sacræ  
 scholæ initiatum, in conspectu Dei id in sese admittere in  
 tus per impatientiam, quod in oculis vnus aut alterius ar  
 1  
 bitri sine rubore non admitteret. Qz sicubi fomenta philo  
 22  
 sophie docto hominī desint, nosti q̄ sit illud scitū qd̄ aiunt,

- b Sartus & tectus: siue sine cōiunctione, sartus tectus: est integer & minime imminutus, & detrimenti expers: vt copiose in Annotat. planum factum est. Sic Cicer. in. xiiij. episto. Si vllam in amicitia mea spem habes, hoc mihi da atq; largire: vt M. Curiū sartū & tectum (quod aiunt) ab omniq; incōmodo, detrimento, molestia, syncerum integrumq; conserues.
- c Et obsoleta. Obsoletū hoc in loco vsitatū & peruulgatū significat: qd̄ & puagatū a Cicerone sepe dicitur. Liuius. Populo Romano vsitata ac prope obsoleta ex victoria gaudia esse. i. ob vincēdi consuetudinē non eximia, sed pene fastidita. Idem. Alter cōsul Fuluij causam excepit: qui veterē & obsole tā viā ingressus, dixit sic Marcellū a Syracusanis accusatū. Cic. in Verrem. Non vult populus Ro. obsoletis criminib⁹ accusari Verrē. noua postulat: in audita desiderat. Est ergo obsoletū quod vsu tritū est, vt obsoleta vestis. que enim ad vsu exposita sunt, facile trita fiunt. Hoc etiam trāslatitiū dicitur a Plinio in. viij. Trāslatitiū in Ægypto est (inquit) octauo gigni mēse id est vsitatū. Alij trāslatium dicūt. Pli. in epist. Nec tuę nature est trāslatiua hęc & quasi publica officia a familiaribus amicis cōtra eorū cōmodū exigere. i. vulgaria, & ab oib⁹ amicis p̄stari solita, etiā mediocrib⁹. Trāslatitiū aut non nouū, nō singulare ideo dicit, qz que aliunde trāslata sunt, nō apud nos reperta sunt, sed antiqua. vt Cic. in Verrē acti. ij. Sed in re vsitata satis est dixisse, & hoc vetus trāslatitiūq; esse. Solēne etiā dicit ab vtroq; Plinio & Columella. Obsoletum in hoc significato est ἐκάλον, ἀποζάλον, τὸ τυχόν: & ad verbum, ἀπερχαίω μὴ ὄν.
- d Iniquitate onerum: nimia grauitate.
- e Ne fraudi sit: ne noxię imputetur: ne pœnale sit.
- f Euenta incōmode excipientes: non in rem suam vertentes.
- g Grauiter de se consulunt. Grauiter de se cōsulere, est aliqd̄ sibi p̄ciosum cōstituire & exequi. Liuius. Qd̄ vbi nunciatū est Scipioni: nequid eger aio ferox iuuenis grauius cōsuleret, accitū eū solatur. i. ne sibi mortem cōscisce ret: vel si maus gr̄ce, ἴνα μή τι κακῶς πρὶ ἐαυτῷ ἐσθλὲν σάιη, seu ἴνα μή τι θανάτῳ εἰς ἐαυτὸν διαδοοίη. Hoc autem in loco significat, impatientie scelerē se alligare. quod apud deum capitale est.
- h Retinēde mordicus. Alludit ad interdīta duo: retinēde. s. & recuperāde possessionis. que verba triuialia sunt leguleis.
